Cum fundo. Stipulatio realis ad personam relata non facit presumi seruitutē personalem impositam.

Lucius. Ex indeterminata concessione respectu fundi dominātis presumitur concessio personalis.b.d.

Flumine A flumīe quod transitur ponte vel vado potest incipere seruitus vie. hec si pontibus vel naviculis transeatur sed tale flumen seruitutem itineris alias ceptam non interrumpit.hoc dicit.

¶ Idem iur. sit. Valet concessio considerato eo ꝙ nunc fit non eo quia fieri solet ⁊ hoc sequitur ⁊ certe est idem iuris secundū p̄dicta tene primam lecturā positam in glosa quia vera.

¶ Rubrica cōmunia prediorum tam rusticorum ꝙ̄ vrbanorum.

Edificia. Nota ꝙ seruitus non potest deberi nisi a prędio.b.d.

De aqua. Jus hauriendi vel ducendi aquam ex flumine per castellum non est seruitus ꝓprie sed in hoc iure tanq̄ in seruitute quis tuebitur.b.d.

Caueri. Post monumentū constructum non potest limitari mensura vel numerus sepeliendo⁹.b.d.

Prop̄ium. In contractibus est locus iuri non decrescendi.b.d.

Si quis duas. In tradendo potest quis facere vt prędium quod traditur seruiat ei qō retinetur vel ecōuerso.b.d.

¶ Si quis partem. Tradendo partem pro diuiso potest vnam partem alteri seruam facere.b.d.

¶ Item si duo homines. Plures tradendo simul vel separatim idem efficere possunt ꝙ vnus solus insolidum dominus secus si pro parte dominus fuerit.b.d

Si in venditione Si aliquis dixerit rem venditam esse seruam simpliciter potest quam vult seruitutem imponere. secus si respectu certe persone. Item si hoc dixerit dubitans de seruitute iam cōstituta.b.d.

In tradendis Qui vult seruitutes excipere debet eam certam excipere.b.d.

¶ Interponitur. Domus vel p̄dium medium non impedit seruitutem constitui si postea acquiratur ⁊ si medium desinit seruitus nō extinguitur sed interpellatur hoc dicit.

Si cum duas Si duobus eodem momento diuersar⁹ rer⁹ fiat traditio nō valet seruitus alteri imposita. secus si separatim tradantur.b.d.

Si ei. Sēdita hereditate seruitutes cōfuse aditione debent restitui.b.d.

Quicquid. Venditor rei vendite debet nominatim seruitutem excipere ⁊ nō valet exceptio generalis.b.d.

Refectionis. Concessa seruitute

videtur concessa esse omnia sine quibus seruitute uti non potest ⁊ sicut quis non potest facere contra seruitutem ita nec contra ea que ei tacite accedunt. b. d.

Venditor. Potest quis se ⁊ suos heredes obligare ne in certa parte maris piscare liceat non tamen erit seruitus realis. b. d.

Si constat. Id qđ nostrum est absq; facto nostro a nobis auferri nō potest nisi in contrarium sit consuetudo. b. d.

Qui per certum. Per eundem locum potest seruitus pluribus constitui. hoc dicit.

In testamento. Potest etiam seruitus rustica vel urbana testamēto constitui. hoc dicit.

Si precario. De eo quod quis precario habet in tuo nō est locus interdicto de precario nec seruitus videtur imposita de eo vero quod p̄cario habet in suo loco mihi seruienti habet locum interdictum de precario ⁊ si donatum fuerit videtur seruitus remissa. hoc dicit.

Receptum. Si plures domini separatim constituunt nouissima constitutione confirmatur seruitus nisi mutatio contigerit in persona constituentis vel acquirentis vel alterius ex socijs. b. d.

¶ Rubrica si seruitus vendicetur vel ad alium pertinere negetur.

Actiones. Hec seruit. Breuiter confessoria ⁊ negatoria cōpetit domino ⁊ non alij. b. d.

¶ Recte. Fructuarius habet facultatem eundi per fundum dñi per quem ibat dominus non iure seruitutis. b. d.

¶ Pomp. Fructuario competit iudicium possessorium p̄o seruitute siue ipse fuerit in possessione siue non. b. d.

Loci corpus. In confessoria ⁊ negatoria habetur ratio interesse agentis. hoc dicit.

¶ Si fundus. Hec actiones competunt cuilibet ⁊ contra quemlibet ex dominis insolidum sed si darentur ad interesse haberetur respectus ad interesse agentis tantū hoc dicit.

¶ Si quis mihi. Confessoria cō petit contra eum qui reficere impedit sicuti contra eum qui seruitutem negat. b. d.

¶ Competit. Non potest quis excipere de iure tercij quod non est exclusiuū iuris agentis. b. d.

¶ Hec seruitus. Media domus depressa non impedit seruitutem deberi a domo ulteriori sed media eleuata seruitus interpellatur. b. d.

Et si forte. Sciendum. Iste actiones cōpetunt etiam possidenti seruitutem ⁊ quasi possessio dicitur si domus detinetur depressa secus si fuerit eleuata. hoc dicit.

¶ Etiam de seruitute. Dic iurisconsultus vsq; ad legem Sicuti ℔. Aristo tractat solum de seruitute oneris ferendi ⁊ tigni īmittendi ⁊ breuiter p̄o seruitute oneris ferendi competit hec actio etiam vt reficiatur paries qui debz sustinere onus que actio est in rem ⁊ competit cuilibet ex dominis insolidum sicut in alijs seruitutibus. hoc dicit.

¶ Veniunt. In hac actione veniūt fructus. Item paries potest effici melior non deterior. b. d.

Harum. In hac actione per officium iudicis fit restitutio rei etias p̄stat cautio ⁊ contra non parentem iuratur in litem. hoc dicit.

Sicuti. Quando paries seruiens reficitur fultura ne domus dominans corruat ad dominū eius pertinet. b. d.

¶ Competit mihi. Actio confessoria competit p̄o seruitute tigni immittēdi in qua dñs non cogitur reficere parietem

¶ in hoc differt a seruitute oneris ferendi. vide Bar.

¶ Sed si queritur. Si tigna sunt immissa dicitur quis esse in quasi possessione seruitutis si non dicitur aduersarius esse ¶ quasi possessione libertatis. b. d.

¶ Aristo celerio. Dominus partis inferioris non potest in superiores iure seruitutis fumum immittere ¶ dominus partis superioris non potest in inferiores immittere aquam nisi aliud actum sit ¶ pro his competūt iste actiones ¶ etiam interdicta possessoria. hoc dicit.

¶ Apud pomponium. Non valet pactum quod alicui facere liceat quod de iure cōmuni facere poterat secus si de iure cōmuni facere non poterat. b. d.

Si eo loco. Natura confessorie est vt per eam destruatur quicquid est factū cōtra seruitutem debitam sed si edificius ius seruitutis extinxit de dolo agitur. b. d.

¶ Qui latiore. Per vsum seruitutis partis retinetur seruitus tota. hoc dicit.

Si quis. In prescriptione seruitutum realium non requiritur titulus. b. d.

¶ Agi autem. Confessoria competit contra quemlibet qui vsum seruitut impedit. hoc dicit.

An vnus. Vnus ex socijs potest aliū edificantem impedire iure actionis non iure seruitutis. b. d.

Egi ius. Negatoria cogitur victus cauere ¶ in futurum seruiturte non vitatur. hoc dicit.

Fistulas. Nō potest quis habere canale in suo per quod aqua proyciatur in alieno. hoc dicit.

Si cum meus. Qui tigna immittit vltra cū statutū sit actione negatoria tollere cogetur. b. d.

Altius edes. Si administrator minoris faciat contra debitam seruitutem tenetur tutela ¶ etiam competit confessoria. hoc dicit.

Si ate. Ex titulo ¶ quasi possessione seruitutis consequitur quis actionem ¶ exceptionem. b. d.

Si quando. Si edificium vicini super meum inclinatur per negatoriam actionem tollere cogitur. b. d.

¶ Cum in domo. In loco qui debet seruitutem nihil faciendi non possunt fimi vel edes excrescentes poni. b. d.

¶ Secundum cuius. Non licet iuxta parietē alicuius aliqd ponere per quod paries deterior fiat. b. d.

Is cuius. Legitur duobus modis secundū veram lecturā hoc dicit. Qui agit cōfessoria pro seruitute ¶ interesse ratione contumacie mittitur in possessionē omniū bonorum a qua non recedit nisi fuerit integra satisfactio. hoc dicit. vide Bar. ¶ ibi pulchrus istius legis repetitionem.

Si de cōmuni. Sententia lata cōtra vnum ex socijs non preiudicat ceteris si eius culpa acciderit. secus si dolo. b. d.

Testatrix. Qui legat rem videtur velle vt ei concedatur seruitus per alias rem ipsius propriam pro vt ipse vtebatur. hoc dicit.

¶ Plures. Predium vniuersitatis potest seruire predijs singulorū ¶ ius seruitutis transit cum predio dominante quocunq; titulo concedatur nisi specialiter fuerit exceptum. hoc dicit.

Si aqua. Potest agi vt aqua inueniatur ¶ inuenta ducatur. b. d.

¶ Rubrica Quemadmodum seruitus amittatur.

¶ Seruitus. Seruitus retinetur per quemcūq; utentem nomine fundi. b. d.

Iam satis. Si ego via. Via indiuisibilis est 7 ideo vel tota amittit vel tota retinetur sed si de vna fiant due potest vna amitti 7 alia retineri 7 econuerso. boc dicit

Si sic constit. Seruitus que nō habet quotidianū vsum non vtendo amittitur constituto tempore. b. d.

Si stillicidij Qui permittit edificari in loco seruienti ius seruitutis amittit. boc dicit.

Is qui. Per vsum partis loci seruientis vel partis loci dominantis tota seruitus retinetur. boc dicit cum se.

Si cōem. In indiuiduis retinet quis per socium quod per se non potest b. d.

¶ Si is qui. Qui vtitur alio tēpore q̄ quo sibi debetur seruitus seruitutem non vtendo amittit boc. dicit.

Is cui. Qui vtitur seruitute plus debito seruitutem retinet b. d.

¶ Species. Si resoluatur ius concedendi resoluitur ius seruitutis cōcesse. boc dicit.

Qui fundum. Seruitus retinetur per quemcunq; vtentem etiam per aquā naturaliter currentem b. d.

Si quis ex fundo. Medius locus non seruiens seruitutē interpellat non extinguit et ideo ante finitum tēpus prescriptio potest reltaurari b. d.

Si locus. Si fundus flumine occupatus per alluuionē restituitur seruitus reltituitur. boc. dicit.

Si cum seruitus Redemptione vnius ex fundis seruitus non extinguitur via debita per alios. boc dicit.

Aquam. Si per eundem riuum aqua ad plura predia ducitur plures seruitutes sunt et potest vna amitti altera remanēte et quod vnus perdit alteri nō accressit. boc dicit.

Labeo ait. Qui perdit principale perdit accessorium. boc dicit.

Si quis. Tempus negligentie antecessoris coniūgitur cū negligentia successoris. boc dicit.

Si cum ius. Non prescribitur libertas in vrbanis seruitutibus factum domini p̄ dij seruientis interuenit boc dicit.

Si partem. Actio personalis p̄ seruitute non tollitur tēpore quo amittitur seruitus constituta. Item sola promissione inter viuos seruitus non constituitur sed legato sic aditione secuta nec potest repudiari si ad alium transitum fecerit. b. d.

Sius. Per quemcūq; nomine fundi vtentis seruitus retinetur. b. d.

Seruitus. In prescribenda seruitute requiritur p̄ bona fide quis vtatur iure seruitutis. boc dicit.

¶ Explicunt casus breues octaui libri. ff. veteris.

¶ Incipiunt casus breues noni libri. ff. veteris.

Rubrica si quadrupes pauperiem fecisse dicat.

Si quadrupes.

¶. Cum arietes. Nota ¶. pro statutis que loquūtur de aggressu 7 insultu ꝙ ille dicitur facere insultum qui promouit se de loco ad locum l. Is qui aggressionē. C. ad legem corne. de sicca.

¶ Plane si ante litem.

Facit ꝙ qui tenetur cappones debz eos dare vivos ad qō lex Qui dominē. i. de solu.

Rubrica ad legem aquiliam.

Item mela. Si plures.

Ex pluribus qui homicidio interfuerunt ille tenetur aquilia cuius ictu quis periit 7 si non apparet omnes tenentur 7 vno soluente alter non liberatur in pena. sed si ex intervallo plures percusserint vltimus solus de occiso tenetur. si omnes simul. equaliter tenentur. hoc dicit.

Si dominus seruum Hoc quod dicit ꝙ tenetur bonefidei possessori intelligo eo casu quo publiciana competit contra dominū alias non.

Quemadmodū protectum. Non possum mea autoritate tollere quod spra meum pendet. sed quod in meo est. b. d.

In lege. Hec lex legitur in glo. trib⁹ modis. prima lectura 7 vltima est notabilis. media nihil valet. Fm primam hoc dicit. Si de presenti aliquid est factū culpa 7 damnū spectatur de futuro statim fit condemnatio. sed differt exactio. hoc dicit. Scōm tercias hoc intendit. secundā obmitto. testes ex parte actoris possunt recipi lite non contestata quando statim non potest agere 7 suspicatur de morte vel absentia testium. b. d.

In lege aquilia. Si deletum habet tres lecturas. Prima ꝙ conditiōe pēdente agitur aquilia. Secunda est ꝙ condicione existente. Tercia est ꝙ non agatur aquilia. vide Barto.

Rubrica de bis qui deiecerunt vel effuderunt.

Pretor ait. Nota ꝙ debet emendari damnū per bominem contractum.

¶ Hec verba. Nota ꝙ si alicui abscindantur vestes an dicatur facta iniuria in personam de quo dic vt in lege Locatio. ¶. Quod illicite. i. de publicē. Nota bñ Bar.

¶ Habitatores. Nota qualiter qs dicatur habitator quod facit ad multa. vide Bar.

Rubrica de noxa actionibus.

In delictis. Si extraneus

Qualitas verbi significat fm proferentem tantum. hoc dicit.

¶ Si detracta. Absolutione facta ex maleficio non potest quis agere conditionē alterius qualitatis. Item qualitas non alterat 7 potest addi 7 detrahi pendente lite. hoc dicit.

¶ Si ex duobus. Nota ꝙ aliud est scire 7 aliud iubere nota glo. bene.

¶ Pretor ait Nota ꝙ quis cogit respondere positioni sue que delictum continet. b. d.

Et generaliter.

¶ Si condemnatus.

Nota ꝙ quando filius delinquit potest fieri executio in peculio aduenticio licet habeat pater vsufructus dixi in l. Si finita. ¶. Si de vectigalibus. ĵ. de damp. infec.

Explicīt casus breues libri noni. ff. veteris.

¶ Incipiunt casus breues libri decimi ff veteris.

¶ Rubrica finium regundorum.

Nec actio Sed ⁊ si quis Nota ꝙ vbicunq; quis non paret iudici potest deferri iuramentum in litem ad quod lex Qui restituere. ſ. de rei ven.

¶ Si dicatur. Ciuilis ⁊ criminalis non possunt simul ꝓponi lege Interdū. ſ. de publi. iudi.

¶ Hoc iudicium. Nota textum qualiter dicantur vicina ⁊ qualiter dicantur vicini de quo dixi in lege Tercius. ſ. de aqua plu. ar. quod notatur ꝓ statutis. vide Bartolū.

¶ Rubrica familie berciscunde.

Si heres. Qui putatur esse heres in solidum prodest eius victoria ei ad quem apparet hereditatem pertinere. b. d.

Alienationes. In iudicijs prohibētur res alienari mota controuersia vt hic in glo. alienatione voluntaria. secus in alienatione necessaria. hoc dicit.

Hijs consequenter. Contra agētem familie berciscunde non potest obici ꝙ hereditas ptinet ad fiscum quia ipe est indignus per coheredem. b d.

Si filia. Qui onera matrimonij sustinuit dēt dotem percipere. b d.

In hoc iudicio. Snīa non potest ꝓ parte valere ⁊ ꝓ parte nō valere. b d.

Fundus. Fundus in quo est locus religiosus venit in diuisionē loco religioso excepto. hoc dicit.

Que pater. Ea que sūt diuisa in vita veniunt et dividenda post mortem.

Si pater. Cō vni ex heredibus obuenit ex diuisione si est obligatū ab omnibus venit luendus. hoc dicit.

Seruos. Extimatio que fit tempore diuisionis non facit repetitionem.

Pomp̄. Inter patrem et filiū ex causa dotis cadit donatio. hoc dicit.

Cum putarem Hec exceptio tibi non competit ius agendi non potest opponi post sententiā nec reddit iudicem retro nullum ⁊ solutum auctoritate sententie non repetitur. hoc dicit.

Qui familie. Verba enunciatiua ꝓpter aliud immissa vim irrevocabilis cōfessionis non habent. b d.

Ex parte. Qui obtinet in causa cōmuni repetit expensas ꝓ rata.

¶ Intestato. Quo ad collationem testatus videtur decedere qui in codicillis d omnibus bonis disponit.

Filius. Debita contracta per vnum ex fratribus cōmunem hereditatem possidentibus non veniunt de cōmuni soluendo. b. d.

¶ Duos. Perempto principali facto testatoris perimitur accessorium.

Quedam mulier. Causa nullitatis pertinet ad iudicem appellationis qui potest sententiam ꝓ parte confirmare ⁊ ꝓ p te nullam pnuntiare. b. d.

Alienationes. In iudicijs phiben tur res alienari mota controuersia vt hic in glo. alienatione voluntaria secus in alienatione necessaria. b. d.

Qui erat. Qui vendit ex necessitate officij non tenetur duplum pmittere de euictione sed si pmiserit de euictione tenetur. hoc dicit. Nota ꝙ ad officium iudicis pertinet cognoscere eos qui succedūt defuncto

qula sepelire eum tenentur. Item nota q̃ subtrahens hereditarias rem vt defunctus sepeliatur nõ tenet vendere.

Rubica. Cõmuni diuidũdo

Nibil. Nota q̃ si eimus simul vnã rẽ q̃ in ea re dicimur esse socij tene mẽti ⁊ nota

¶ Explicunt casus breues libri decimi. ff. veteris.

¶ Incipiunt casus breues libri vndecimi. ff. veteris.

De interrogatorijs actiõibus

QSotiens primo ponit dictum. secundo illud limitat. tercio dicit de quo iure poterit fieri interrogatio. quarto vbi.

Si defensor Illud quer. Nota q̃ non cogitur quis dicere q̃ sit heres ex testamento vel ab intestato nisi per hoc impediretur deliberatio aduersarij. Item nota q̃ ille qui est heres per mediam psonam nõ cogitur dicere in libello an per mediam psonam sit heres nisi per hoc deliberatio aduersarij impediret. Ites nota q̃ index potest summarie cognoscere vtrũ positio sit pertinens vel impinens. b. d.

De etate Si cum esset. Nota quẽ puniri de mendatio. b. d. Nota q̃ quid sit mendatium aduerte.

Qui tacuerit. Tacens quo ad sui cõmodum habetur pro negante ⁊ insolidum cõuenitur. b. d.

Quod aũt ait. Non videtur respondere qui ad interrogata nõ respondet

Nibil. Nota q̃ responsio talis. credit put apparet manu talis notarij. nõ valet quoniã incertũ reddit nisi illud factũ esset penes interrogantem sed si dicit non credit nisi contrariũ appareat tunc valet.

Ex causa succurri. Ex causa veri erroris põt quis suã cõfessionẽ reuocare

Qui iusto errore. Erronea confessio etiam post litem contestatas potest reuocari ex causa iusti erroris secus si fuerit dolo vel lata culpa quia ante litem contesta tam potest reuocari indistincte nisi captio sit actoris. b. d.

Confessionibus. Confessionibus est standum quibus ius vel natura non repugnet. hoc dicit.

Si seruus. Quanq̃. Nota quid sit quãdo fit translatio de vno tẽpore in aliud requirunt extrema abilia.

Qui ex parte. Si ille qui alium vt principalem defendit non est soluendo in alium restituitur actio.

Si filius. Nota q̃ quando non tenet iudicium contumax in respondendo non potest haberi pro confesso. b. d.

Qui seruum. Si ex mutatione persone conuente nõ mutatur causa agendi vnius confessio ⁊ solutio vtrũq̃ liberat debitores secus si ex hac causa agẽdi mutaretur nisi vt eum defenderet interuenit. b. d.

Procuratore. Responsio facta in iudicio non pũdicat respondenti nisi respectu interrogantis nota bene.

¶ Rubica de quibus rebus ad eundem iudicem eatur

Si inter plures. In causis cõnexis plures licet diuersi fori cogũtur apud eundem iudicem litigare. b. d.

Rubica de seruo corrupto

Ait pretor. Quod autem Nota q̃ recipere dicitur quis aliquẽ quando aliquẽ abscondit ꝛ dando sibi potũ vt cõmessionem non. qõ facit pro statutis que dicunt q̃ si quis receperit malefactorem puniatur vel bannitum vide ea que dixi in lege. Non solus. C. Proculus. J. de in rem. de quo feci vnam magnã repetitionẽ. Bar.

¶ Bÿs consequenter.
Nota pro illo quod dicitur de interesse rei quoniam interesse dicitur quod sequitur rem ad quemcūqꝫ vadat nota bene.

¶ Rubrica de seruis fugitiuis.

Is qui fugitiuū. Nota ꝙ ei q recipit fugitiuū parcitur si eus reddat infra. x. dies secus in furto vt l. Que ea mente. ff. de furtis. Item notatur ꝙ pro inquirendo fugitiuū potest quis ingredi domū alterius de licentia iudicis eo inuito secus si pro alio furto vt hac glo. Ita tenet cy. C. e. l. si requirendi ad qō l. omnes. C. de aqueductu libro. xi. Item notatur ꝙ quis potest esse nuncius in ꝓpria re ⁊ pōt portare litteras ad sui vtilitatem vt l. eum quē. ff. de furtis.

¶ Rubrica de aleatoribus.

Pretor ait. Nota istam legem. nam in vno casu requiritur certum tempus ⁊ certus locus in alio nō nam verberari vbiqꝫ potest vbiqꝫ furari non potest nisi tempore quo ludit̄ vnde si fur vult se excusare debet probare ꝙ tempore ludi furatus fuerit. vide Bar. plenius.

¶ Rubrica Si mensor agri falsum modum dixit.

Vel per litteras. Nota ꝙ mensuratio potest renūciari per nunciū vel per literam. Item nota ꝙ quis potest alīq cōmittere vt mensuret.
Si duobus. Nota ꝙ competit actio illi qui mensurat.
Vel cuius. Nota ꝙ facit ad questionem tu scis ꝙ iudex vel arbiter male iudicādo facit litem suam quid de arbitratore casus est hic ꝙ sic ⁊ idē ō ꝓsencta. ff. de ꝓsenct̄

¶ Rubrica de religiosis et sumptibus funerū.

Locum. Nota ꝙ verbum alienū intelligitur ratione dominij.
Si scriptus. Nota ꝙ quis sepeliendo defunctum non videtur se gerere pro herede.

¶ Expliciūt casus breues libri vndecimi. ff. veteris.

¶ Incipiunt casus breues libri. xij. ff. veteris.

¶ Rubrica de rebus creditis et si certum petatur.

Bene. Ad cognitionem specialium debet precedere cognitio generis sed verbum credendi ⁊ verbum rei sunt generalia ideo hic a pretore premittunt̄ in rubrica. hoc dicit. l. prima.
Mutuum. Jurisconsultus in l. precedenti exposuit verba rubrice vez quia edictū tractabat de mutuo ideo hic incipit tractare de mutuo. Mutuū contrahitur cū spe recipiendi non id quod datur sed idem genus ⁊ consistit in bÿs que constant ponderе numero vel mensura ⁊ debet in accipientem transferre dominiū. b. d. vsqꝫ ad ¶. creditū
¶ Creditum. Creditum differt a mutuo vt genꝰ a specie quod quatuor probatur exemplis. hoc dicit.
Cum quid. Ista est notablis lex qō agitur tacite pro expresso habetur ⁊ tacite agi videtur vt eque bonū reddatur. b. d.
Si quis nec causam Si depositū fiet gra recipientis ad eū spectat periculū.

Res pignoꝛi. A fure ⁊ malefidei poſſeſſoꝛe res condici poteſt quod tribus pꝛobatur exemplis.b.d.

Quod te. Ita eſt ſolennis lex ad debitoꝛem ſpeciei poſt moram pertinet periculum interitus.b.d.

Certum eſt. Illud eſt certū quod apꝛaret quid quale quantū ꝓe ſit,b.d.

Omnia. Mutui datio poteſt ſuſpendi in euentum conditionis expꝛeſſe vel tacite. hoc dicit.

Certi conditio. Famoſa eſt hec lex ⁊ difficilis in tex.ſed bene gloſata.certi conditio competit ex omni contractu vel quaſi ex omni malefacto vel quaſi ſiue quōcunq;. hoc dicit vſq; ad ℭ.Quoniā.

¶ Quoniam igitur.
Inutilis ſtipulatio non impedit actionem oꝛiri ex vtili numeratione.b.d.

¶ Si nummos. Numerando pecuniam noſtram noīe abſentis ⁊ ignoꝛantis ei queꝛitur actio.b.d.

¶ Depoſui. Debitum ex vna cauſa poteſt conuerti in cauſam mutui ſola contrahentiū voluntate etiā ſine vſu pecunie niſi de vtendo fuerit actum.hoc dicit cum lege ſequenti.

Rogaſti. Pecunia redacta ex venditione rei mee de partium voluntate ſtatim in mutui cauſam conuertitur ⁊ periculū rei tradite ad vendendum vt pꝛecio quis vtatur pertinet ad tradentem ſi eam venalem habeat alias ad accipientem.b.d.

¶ Si tibi dedero. Obligatio mutui re contrahitur ideo non poteſt contrahi vltra q̄ ſit datum ſed in minus ſic, hoc dicit cum gloſa.

¶ Si fugitiuus. Si mutuat ſeruus qui habet domini volūtatē contrahitur mutuū alias ſecus ſed reconciliat conſumptione ſecuta.b.d.

Si a furioſo. Licet ab inicio nō trāſferatur dominiū tamen conſumptiōe ſecuta reconciliatur mutuū creditoꝛe furante.b.d. cum pꝛincipio l.ſe.

¶ Si ſeruus cōmunis.
Ex mutuo facto per ſeruum cōmunem queꝛitur actio dominis pꝛo dominica poꝛtione ⁊ ſi cōmunis pecunia debitoꝛi mutuetur pꝛo parte mutuātis mutuū contrahitur.b.d.ſumma aliter ꝓpter cōmunē vtilitatem cōmunis pecunia dꝛiditur numero licet coꝛpoꝛa dicantur eſſe cōmunia.b.d.

Si filius. Ex quibus caſibus dominio tranſlato naſcitur conditio ex eiſdem naſcit ab inicio dominio non tranſlato cōſumptione ſecuta.b.d.

Singularia. In mutuo pecunie ſunt quedam ſingularia contra regulas mutui quia iubendo debitoꝛem tibi ſoluere vel debitum a te ex vna cauſa in cauſam mutui conuertendo mutuū contrahitur licet nō fit de meo tuum.b.d.

Socius tuus. Pecuniam tuam alteri debitam poſſes mutuare ſed alienā non ſine domini voluntate.b.d.

Cum filius. Filio qui eſt in ſtudio de equitate ſubuenitur vt agat licet patri actio competat.b.d.

Si ego. Error in ſpecie contractus impedit contractum ⁊ dominꝝ tranſlationem que reconciliatur cōſumptione ſecuta ⁊ quo ad dandam petitionē ſeu actionem inſpicitur animus recipientis quo ad dandam exceptionem inſpicitur animus dantis.b.d.

Non omnis. Actus numerationis non operatur vt obliget vltra intentionē cōtrahentium.b.d.

¶ Si pupillus. Conſumptione facta per recipientem vel per aliū mutuū ⁊ ſolutio reconciliatur.b.d.

Si tibi pecuniam. Donatio in qua aliquod pactum apponitur ⁊ pecunia que aliqua ipontanea voluntate non creditur nō dicitur ꝓpie donatio vel creditū de rigoꝛe ſed de equitate ſecus.hoc dicit.

Quidam extimauerunt.
Creditoꝛ tenetur debiti confeſſati ptē recipere de parte vero dubia litigare.b.d.

Vinum. Extimatio vini debiti incipit creſcere a tempoꝛe moꝛe ſm vnam lecturam

vel a tempore contestationis fm aliam 7 habet consideratio loci vbi debet solui vel vbi petitur. hoc dicit.

Si eum seruum. Nota teneris mihi ad restituendū quod ex re mea ad te peruenit facit. ff. e. l. si 7 me 7 ticiū. b. d.

Si quis certum. Ex stipulatione continente certum oritur certi condicio. hoc dicit.

Creditor. Mutuans in rei refectione habet priuilegium. hoc dicit.

Si pecuniam. Per procuratorem queritur actio militi sicut per tutorem 7 curatorem minori. b. d.

Ciuitas. Ex mutuo facto administratori conuenitur ciuitas si est in eius vtilitatem conuersum alias ipse administrator. hoc dicit.

Creditor. Qui accipit pignus nō idoneum non renunciat personali actioni. b. d.

Si institutorem. Ex contractu institutoris cōuenitur dominus sicut ex contractu procuratoris. b. d.

Qui pecuniam. Qui spe future numerationis promisit habet necesse recipere. hoc dicit.

Cum fundus. In actione stricti iuris veniunt fructus 7 accessiones a tempore litis contestate. b. d.

¶ Seruum tuum. Ex equitate causa euitādi circuitus datur conditio ei cū quo negocium non est gestum 7 si dominus approbat contractus serui eius nomine tenetur insolidum si reprobat de pecul. o. hoc dicit.

Si et me et ticium. Si res mea ad te puenit nec est causa quare apud te debeat remanere eam certi conditione 7 sine causa condicam. b. d.

Principalibus. Officiales nō possunt contrahere consubditis nisi sint perpetui vel ad eor necessitatem. b. d.

Periculum. Si debitorum nomina efficiuntur deteriora periculum pertinet ad administratorem culpabiliter differentem. hoc dicit.

Pecuniam. Stipulatio conditionalis precedentem puram suspendit 7 eam nouat in conditionis euentum. b. d.

Cum ad presens. Conditio de presenti vel de preterito nō suspendit secus in cōditione de futuro. b. d.

Lecta. Etiam in contractibus stricti iuris pacta incontinenti apposita insunt vt nouam pariant 7 veterem infoment actionem ex vi exceptionis impediunt moram 7 stipulationem vsuras propter moram secus in stipulatione vsuras propter stipulationem. b. d.

Eius qui in prouincia. Difficilis 7 subtilis est hec lex ignorantia citra id quod extinguit mādatum excusat debitores soluentes 7 quod quis non facit vt heres non venit in fami. herciscun. iudicium. Item mutuum non contrahitur si dominium in accipientem non transfertur nec obligatio accessoria. Item si stipulatio conferatur nominatim in personam mortui domini est nulla si non nominatim acquiritur hereditati iacenti vel coheredibus ignorantibus. secus in scientibus hoc dicit tota lex quam nota bene.

Si ego decem. Qui promisit in defectum alterius petitione facta a primo non liberatur sed exactione idem econuerso. hoc dicit.

¶ Labeo. Impersonalitas circa verbum executiuum obligationem non viciat 7 tunc dando fideiussorem idoneum liberatur. hoc dicit.

¶ Rubrica de iureiurando sine voluntario.

Maximum. Iusiurandum inductum est ad lites finiendas. hoc dicit.

Jusiurandū dicitur hic q̄ iuramentum est spēs transactionis ⁊ sic transactio est genus.

Ait prętor. Juramento prestito aduersario deferente iurandum est in omnibus quo ad ipsos litigātes. secus quo ad extraneos. b. d. vsq̄ ad ℊ. Jurari.

¶ Jurari. Jurari debet eodem modo quo defertur dum tamen sit modus licitus ⁊ posteq̄ est iuratū habet p̄ro vero. b. d. cum l. se. vsq̄ ad ℊ. f. b. d.

Non autem.

¶ Sed neq; Juramenti delatio intelligitur vt in continenti iuretur vel remittatur sed si obmittatur p̄ro non delato habetur ⁊ remittere est volenti iurare iurati gratiā facere. b. d. cum l. se.

Ait prętor. Ex iuramento oritur exceptio reo ⁊ eius successori etiam in rem que exceptio impedit cōtestationē nisi requirat altiorem indaginem. b. d. cum p̄n. l. nam ⁊ postea nota q̄ appellatione rei continetur pars

Nam et postea. Nota q̄ exceptio iurisiurandi impedit contestationem

¶ Jureiurando. Ex iureiurādo oritur actio ⁊ exceptio ⁊ habetur p̄ro veritate

¶ Si damnetur. Sententia valet post iuramentū etiam si sit contraria. b. d

¶ Si is qui. Juramētum habet vim contestationis ⁊ act̄. perpetuat. b. d.

¶ Si minor. Iste est multum notabilis. ℊ. quādo alicui per officiū iudicis subuenitur ad aliquid rescindendum potest illo vti etiam excipiendo vel replicando eodē tñ modo ⁊ ī. eadem tpa. ī. que poterat agēdo

¶ Sed et si quis Cui contra iuramentum subuenitur per actiones subuenitur per exceptionem ⁊ replicationē. b. d.

Si petitor. In reali iuramento actori paritur actio reo exceptio ⁊ si iurauerit rē suam esse actio in rem. Idem in personali vt mixta. b. d. cum se.

Sed si possessori.

¶ Item si iurueris Summauit cum p̄cedentibus vel aliter verba iuramenti si non possunt stare fm ꝓpriam significationē fm improp̄riam intelligūtur. b. d.

Si tamen mul.

Si duo patroni. Lex ista est difficilis ⁊ multum intricata legitur in glo. ī. modis fm primā. b. d. Si vnus ex patrōis excludatur iureiurando non prodest alteri nō deferēti sed faceret p̄sumptionē p̄ro eo qui se insolidum diceret esse patronū. b. d.

Julianus. Ista lex legit duobus modis in glo. vno modo extra glo. fm primam lecturam. b. d. etiam ei qui p̄scripserat ex iuramento cōpetit actio vtilis. b. d. Secundū secundā. b. d. post iuramentū p̄scriptio cois non impedit actionem vtilem. b. d.

Idem iul. Quando iuratur super facto tollitur omnis actio que potest oriri ex illo facto. Item iudex non debet admittere impertinētes articulos nec sup̄ eo quod est iam desciſum vel responſum aliquis interrogetur. boc dicit.

Si quis iurauerit. Ex iuramento formaliter p̄stito dat actio vtilis ex eo cōtractu cuius formam continet iuramentum. boc dicit.

Marcellus. Quādo iuratur super contractu tunc competit vtilis ex eo contractu quando competeret si vere cōtractus intercessisset.

Si quis iurauerit. Qui iurando per principem deierat fustibus castigatur. boc dicit.

Quotiens. Juramentū veritatis patrono vel parenti non remittitur. b. d.

Ad personas egregias.

Ista lex seipsam summat.

Si patronus. Non cogitur quis iurare sup actione que otra eum nō pōt ꝓponi Item patrono remittitur iuramentū calūnie

Jusiurandum quod ex conuentione. Juramentum conuentionale non potest deferri. b. d.

Pupillus. Pupillus sine tutore non potest iusiurandum deferre tutori sine pupillo sic vel breuius qui non potest alienare nō potest iuramentum deferre. hoc dicit.

Procurator. Procurator potest iuramentum deferre. si habet generale cum libera vel speciale mandatū vel est in rem suam alias secus etiam si caueret de rato propter dubiū de mandato. h. d.

Seruus. Seruus et filius in causa peculiari potest patri ⁊ domino prodesse ⁊ obesse in causa non peculiari potest prodesse ꝛ obesse nequit. h. d usq; ad l. Qui iurasse.

Qui iurasse In principio nota ꝙ inspicitur conditio persone iurantis. h. d.

Si pater. Iuramentū patris sup obligatione pdest filio secus si iurauerit nihil esse in peculio. h. d.

Iurisiurandi Nota ꝙ iusiurandum pficiscitur ex conuentiōe ⁊ sic apparet ꝙ tollit obligationē naturalē quia habet cōsensum vt. ff. e. l. ij. facit. j. de peculio l. de positi. C. j.

Suobus.

A fideiussore. Iuramentum fideiussoris prodest reo principali si iuratū est super re secus si super persona. h. d.

Si ei qui. Iuramentū fideiussoris de iudicio sisti prodest principali. si agendo contra principalē veniretur contra iuramentum fideiussoris alias secus. h. d.

Si ex duobus. Iuramentum vnius ex reis debendi prodest alteri.

Exceptio. Ex iuramento oritur exceptio contra omnem actionem que oritur ex eadem causa super qua iuratum est. hoc dicit.

Si quis iurauerit. Ad remotionem speciei nō sequitur remotio generis. h. d. cum se.

Que iurauit. Exceptio iurisiurandi obstat si agatur aliqua actione in qua venit examinandū quod in prima erat descisum alias secus. h. d.

Item pomponius.

Item cum ex edicto. Posteriori iuramento etiam contrario primo standum est. h. d. cum l. se.

Cum qui. Qui in vno grauat in alio releuatur ⁊ econtra vel melius quando vnū grauamen est causa alterius cōmodi sublato grauamine cessat cōmodum. h. d.

Si iurauero. Per iuramentum non potest deberi res que nō est nisi ante interitum mora precesserit. h. d.

Si mulier. Si iuratur super iure obligationis tollit oīs exceptio que obligationē perimit si iurat sup facto tollit oīs exceptio p quā factū redderet nō vez secus in his que cōpetunt facti veritate manente. h. d.

In popularibus. In actionibus popularibus iuramentū preiudicat omnibus nisi fuerit collusum sicut sententia. hoc dicit.

Si libertus. Statur iuramento quo quis se non esse libertū iurauit. h. d.

Admonendi Sententia lata p̄ testa falsi iuramenti necessarij retractatur ꝓpter instrumenta de nouo reperta. secus in iuramēto voluntario vel iudiciali. h. d.

Qui pro salute. Si non est legitime iuratū iterum est iurandum. h. d.

Jus iurandum. De omni re potest iusiurādus deferri ⁊ ille cui defertur ex causa potest petere tempus ad deliberandum.

Defensor. Defensor ciuitatis potest deferre iusiurandū si ei est mandatum. hoc dicit.

Qui iusurandum.

C. legitur clare ⁊ colligit tria nota. primo ꝙ iuramentū calumnie potest tacite remitti de q̄ in l. ij. C. sed quia C. de in. ca. dic hodie potest obmitti non remitti extra de in. ca. c. primo libro sexto. Secundo nota olim pluries iurabatur hodie semel tantū quod intellige in bijs que emergunt post litem contestatam nam tunc prestatur vniuersale. in bijs que p̄stantur ante iura antiqua remanēt incorrecta. Tercio nota glo. super. C. e.

¶ Procur. Procur. vel defensor iurare non cogitur hoc. dicit.

Si non fuerit. Nota q̄ ille qui defert iuramentum non potest penitere postq̄ alius dixit se nolle iurare.

Si quis cum debitor.

Ex pacto collato in condicione iuramenti secuto iuramento sequitur exceptio. b. d.

Creditore. Si reus iurat ex causa que personas tantum ab obligatione eximit fideiussori non proderit. secus si iurat super contractu quod videtur facere in dubio. hoc dicit.

¶ Sed si actione. Ex iuramento defensoris queritur exceptio defenso7 ei cui quereretur si defensor iurasset idem in re iudicata. b. d.

¶ Rubrica de in litem iurando.

Rem iudicatam. Hec lex legitur duobus modis. Fm primū dic q̄ non debemus inspicere quod euenire potest si res non est ad id naturaliter destinata. b. d. Secū do modo legitur in glo.

Interdum. Ista lex potest continuari cum precedentibus 7 erit. ¶. interdum vel potest continuari 7 non erit. ¶. interdum tamē si est ¶. hoc dicit contra dolosum iuratur in litem non contra culposum. b. d.

Nummus. In bis in quibus non cadit affectio non defertur iuramentū in litem quod est affectionis sed defertur extra rem quando circa rem non cadit. b. d.

Videamus. In causa que ꝓpter tutorem agitatur pupillus vl̄ mater eius ad iurandum de affectione non tutor vl̄ curator non cogitur sed volens admittī adultus etiam admittitur. b. d.

Deferre. Hoc iuramentum prestatur iudice deferente non alio 7 potest iudex taxare vsq̄ ad quam quantitatē iuretur ante 7 post potest etiam ex causa iurata nō sequi.

¶ Ex culpa. Contra eum qui est in culpa non iuratur in litem. hoc dicit.

In actionibus. In actionibus in rem arbitrarijs 7 bonefidei iuratur in litem fm taxationem iudicis ob dolum tantum in alijs actionibus stricti iuris nō iuratur in litē nisi quando alias vera existimatio ꝓbari nō potest. hoc dicit cum lege sequenti.

Cum furti. Qui iurat rem valere centum que valet plus non est periurus licet nō dicat 7 plus. b. d.

De periurio. Iuramentum in litem non remittitur nisi ex causa. hoc dicit.

¶ Rubrica de conditione causa data.

Dedi. ¶ Idem erit sed 7 si ē. Breuiter hoc intendit. si do pecuniam vt stichum manumittas non potest repeti quia nō cauetur de manumittendo nisi fuerit actum quia potest repeti si dantem peniteat vel nō manumittat nisi quis sine dolo malo casu fuerit impeditus. hoc dicit.

¶ Si liber. Si causa ob quam datur. sequitur de facto 7 non de iure competit repetitio nec distinguitur sciens vel ignorans quis recepit. b. d.

¶ Si quis liber. Si pecunia datur vt aliquid ex certa causa sequatur si illud postea sequatur nō tñ ex eadem causa cōpetit repetitio. Item defectus cause a dante retente in mente conditionē non parit. b. d.

¶ Subtilius. Si id qō meū est tibi trado tanq̄ tuū nō trāsfero dominiū. b. d.

¶ Quāq̄. Habetur conditio ꝓ impleta qñ impedit is qui eam debet implere facto eius cui ex implemēto tenetur. b. d.

Si quis accepto tulerit.

Si causa ꝓpter quā debitor liberat nō īplet agit vt in pristinā obligationē se reponat.

Si pecuniam In cōtractibus īnoīatis si ex vna pte implet cōditio ex alia nō ꝓpter casum cessat condicio ob causam quasi causa secuta sed habet locū ex pna dum tñ aduersē partis idemnitate consulatur. b. d.

¶ Si seruum. In contractibus innominatis si res est integra siue aliquid ceptū sit vel p̄sumitur posse fieri facto tercio vel casu ex penitentia datur condicio ei qui ex parte sua implevit dūmodo indemnitati aduersarij cōsulatur si cū actionem illius contractus incurreret. b. d. vsq; in fi.

Si extraneus. Casus obmissus relinquitur dispositioni iuris cōmunis. b. d.

Qui se debere. Si debitor putatiuus p̄o muliere dotem p̄mittit & soluit ignoranter matrimonio non secuto ipsi cōdictio competit si scienter competit mulieri sed debitor verus indistincte condictionē habebit sed eam cedendo mulieri liberabitur. b. d.

¶ Fundus hac conditione repetit res cum accessionibus naturalibus. hoc dicit.

Quod seruus. Datum causa dotis non repetit donec mr̄imoniū putatur subesse vel spes est q̄ contrahatur. b. d.

Si donaturus. Nō secutis nuptijs datum ob dotem repetitur a muliere cui dāo donare volebat nisi aliud expresse sit actum hoc dicit.

¶ Si quis. Exceptio que obstat delegāti non obstat ei cui facta est delegatio ex causa onerosa nisi quatenus ad delegantem res est reuersura sed tunc delegato contra delegantem succurritur. b. d.

Si mulier. Si causa ob quam facta est liberatio secuta non est repetitur pecunia ac si soluta fuisset. hoc dicit.

Si heres. Datum nudo ministro causa non secuta condicitur vel aliter. datū executoꝛi vltime voluntatis si in causam debitas non expendit repetitur. b. d.

Cum quis. Reuocata donatione causa mortis res cum accessionibus condicitur indistincte vt l. qui se debere in fi. supra eodem.

Si filius. Collo ob causas facta causa non secuta repetitur. b. d.

Si procuratoꝛi falso.

Si procuratoꝛi falso in rem suam soluatur indebitum ab eo cōdicitur nisi domini ratihabitio sequatur. Itē si debitoꝛ alteri det vt tamen faciat liberari eum ab eo repetit nisi causa sequatur. Item q̄ debitoꝛ alteri tradit vt nuncio si ad creditoꝛem non portatur condicione furtiua repetitur & cum hoc furti agitur. b. d. fm glo.

Ser. Non enim. Forma sic casum in isto. &. tu dicis domine iurisconsulte q̄ quando solutum est debitum falso procuratoꝛi repetitur condicione indebiti quomodo potest hoc fieri q̄ debitum repetitur tanq̄ indebitum in veritate enim debitū est nec potest dici q̄ respectu procuratoꝛis erat indebitum. non enim fuit solutū tanq̄ debitus sibi sed tanq̄ debitus alteri cui debebat ad hoc respondet iurisconsultus q̄ hoc casu quādo debitum est solutum nō repetitur tanq̄ indebitus sed quasi ob rem datum scilicet vt liberetur ista solutione que res non est secuta ratihabitione intercedente. b. d.

Ser. Vel quod furtum. In quo sic forma casum vidi q̄ contra procuratoꝛem falsum subuenitur cōditione ob causam an habeat de bis alia remedia cōtra eū respondet iurisconsultus q̄ sic si procuratoꝛ eius falsus habuerit animum lucrandi sic cōmisit furtum tenetur nō solum actione sed cōdictione furtiua & omnibus condictionibus p̄dictis. b. d.

Cum seruus. Res ob causam data causa non secuta etiam si desierit extare condicitur & si non est translatum dominium ad exhibendum & furti agitur. hoc dicit. nota legem sequentem.

¶ Rubrica de condicione ob turpem causam.

Omne quod datum. Ob causam honestam non repetitur causa secuta sed datum ob turpem causam ex parte accipientis tantum repetitur. secus si est

turpitudo ex parte dantis vel vtriusq; .b.d vsq; ad .ℓ. Si tibi.

¶ Si tibi iudicium. Potest quis accipere honeste vt malefactorem iudicet nō vt eum tollat nisi sit particeps criminis. hoc dicit.

Si a seruo. Summata est.

Perpetuo. Regula est qō apud alī quem est ex iniusta ⁊ turpi causa repetetur. hoc dicit.

Ex ea. Non eget summario.

Si ob turpem causam. Promissum ex causa turpi ex parte recipientis si solnatur causa finita repetetur sed quando est turpitudo ex parte vtriusq; siue causa sit finita vel non solutum non repetitur. b. dicit. Vel in concedenda condicione ob turpem causam tempus solutionis non promissionis inspicitur. b. d.

Si vestimenta. Qui pecuniam recipit ꝙ faciat id quod gratis facere tenetur turpiter accipit. b. d.

¶ Rubrica de condicione indebiti.

Nunc videndum. Soluens indebitum ignoranter repetit scienter non. hoc dicit.

Si quis sic. Solutum indebitū etiā ex conuentione repetitur. b. d.

Si quid ex testamento. Solutum indebite repetitur ab eo ad quem postea ex postfacto apparet negocium pertinere etiam si ipse non soluerit. b. d. vsq; ad legem Si procurator.

Si procurator tuus Si procurator soluit indebitum repetit. secus si debitum. Item si procurator recipit indebitum repetitur. secus si debitum ⁊ de indebito recipiendo non videtur mandatum idem in tutore. hoc dicit.

Quod vide.

Quod nomine. Tutus exceptione ne exigatur nisi inquantū facere potest solutum per errorem non repetit. hoc dicit. cū lege sequenti.

In diem Ante diem soluens non repetit. hoc dicit.

Si is cum quo. Solutum pro seruo licet minus sit in peculio non repetetur. hoc dicit.

Si fundi. Ad heredē transit hec condicio. hoc dicit.

Naturaliter. Naturalis obligatio impedit repetitionem soluti ⁊ ei potest accedere fidideiussor ⁊ pignus. b. d. ℓ.

Item quod Pupillus obligatur in eo ꝙ fact⁹ est locupletior ideo solutum ex equitate naturali non repetit. b. d

Indebiti Ista lex est notabilis ī hac actione ex equitate naturali veniunt fructus ⁊ certe accessiones naturales. b. d.

Sub conditione. Solutū antequā debeat pendente dubio potest repeti si certum est debitum esse vel futurum esse repeti non potest. b. d. cū duabus ll. se.

Si pene. Liberatio que contingit ex pena non tollit naturalem obligationem. hoc dicit.

¶ Si falso. Si soluit indebite cōmunis pecunia pars diuidua condicitur non cuiuslibet corporis. b. d.

¶ Si putem me Solutum indebite per errorem circa rem repetitur. b. d.

¶ Si duo. Si per plures soluatur indebitum in quantitate cuilibet pro rata cōpetit repetitio si in specie est electio eius qui ad reddendum tenetur conductione. hoc dicit cum duabus ll. sequentibus.

Sed et si mee. Quando quis certat de damno vitando error in facto ꝓpio tolleratur. hoc dicit.

¶ Cum iter. Quando solnitur debitum aliter q̄ debeatur succurritur soluenti per actionem glo. melius.

Eleganter. Datum ex causa transactionis que secuta non est vel que inualida est repetitur. hoc dicit. v. cū ad ℔. Si quis.

¶ Si quis post. Iste est notabilis ℔. exceptio transactiōis impedit contestationem 7 si omittitur non reddit pcessum nullum 7 si post contestationē inceperit competere reliquam partem iudicij impediet si opponatur si non opponatur solutum potest repeti. hoc dicit.

¶ Si qua lex Solutum indebitus inactionibus penalibus repetitur. h. d.

Si is qui. Promissio facta a sciente se non posse compelli tanq̄ indebita non cōdicitur. hoc dicit.

Cum duo. Ex pluribus soluentibus ei qui vltimo soluit conceditur repetitio. hoc dicit.

Si non sortem. Ista lex habet subtiles casus quando lex obligationi non assistit nec resistit contrabitur obligatio naturalis que impedit repetitionem indebiti soluti si quando lex resistit impedit etiam naturalem 7 solutum repetitur. h. d.

¶ Si quis falso. Quod soluitur ne quis indebito putatiuo vexetur tanq̄ indebitum repetitur hoc dicit.

¶ Indebitum. Indebitum est quod non debetur ipso iure vel ope exceptionis perpetue. h. d.

¶ Si centum. In speciebus ratione partis pro alio indebite solute competit repetitio. secus in his que in genere suo recipiunt functionem hoc dicit cū ℔. se.

¶ Ad eos. Tutus exceptione perpetua per errorem soluens repetit. h. d.

Qui filio. Ignorans mandatū reuocatum soluens liberatur sciens nō liberatur nec vt indebitum repetit. h. d.

¶ Si filius. Non potest quis venire contra factum suum ad sui cōmodum 7 ex persona alterius. h. d.

¶ Si quis quasi. Qui soluit indebitum scienter vt incidat in aliud debitum puta tantum cū tum indebitū ē repetit. h. d.

¶ Heredi. Ab herede in omnē euētum solutum debitum 7 indebitum repetitur si in que questione de hereditate succumbat hoc dicit.

¶ Libertus. ℔. iste est multum vtilis si libertus operas officiales indebite prestitit non repetit idem si earum extimationes si fabules non repetet eas si earum extimationes repetet eas 7 in eis libertus poterit delegare. h. d.

¶ Si decem vel sticbum. Si soluatur pars ex rebus alternatiue debitis an competat liberatio vel detur repetitio pendet futuro euentu. h. d.

¶. Idē ait et si duo. In obligatione alternatiua solutione partium in diuersis rebus liberatio non contingit licet ad plures heredes creditoris vel promissoris obligatio transit. h. d.

Qui loco certo Sicut promissum certo loco potest vbicūq̄ peti ita solutum indebite ob errorem solutionis. h. d. Fm glo. Guiller. intelligit alio modo.

Judex. Tutus exceptione rei iudicate soluens non repetit. h. d.

Interdum. Ista est subtilis lex pupillus furiosus 7 prodigus solutum indebite repetunt etiam vbi alius non repeteret. hoc dicit.

Qui inuicem Si soluat tutus exceptione quia sibi debetur non repetit sed si indebitū repetit. h. d.

Is qui plus. Qui promisit plus cū deberet conditionem habet promissi indebiti. hoc dicit.

Cum is qui. Dna ex rebus alternatiue debitis simul solutis perempta quod superest remanet insolutum. h. d.

¶ Fideiussori. Solutio que fideiussori parit repetitionem non potest reo parere liberationem. h. d.

¶ Si mulier. Quando a pietate causatur error cessat repetitio indebiti soluti. hoc dicit.

¶ Qui hominem. Obligatio generis ⁊ alternatiua equiparantur ⁊ in obligatiõe generis qui certam speciẽ soluit putans se ad eam teneri repetit. b. d.

Si in area. Obi inter partes nullum negocium gestum est cessat repetitio indebiti. hoc dicit.

Is cuius Quãdo dispositio efficit debita solutum causa conditionis implende repetitur. b. d.

Qui ob rem. Potestas purgandi moram non facit vt indebitum videatur esse solutum. b. d.

Seruus. Pecunia accepta vt reddatur res quam quis recipiendo ⁊ pignori dando furtum cõmisit repetitur. alias secus. hoc dicit.

Seruum Solutum precium ex causa emptionis inualide repetitur. b. d.

Frater a fratre. Re et fama ita difficilis hec lex sicuti aliqua que sit in toto corpore iuris. casus summarius inter duos fratres qui sunt in eiusdem potestate ⁊ inter patrem ⁊ filium mutui datione sola naturalis obligatio tollitur que per fratrem mutuantẽ patri acquiritur. Item cum debitor creditori succedit pro quota obligatio extinguitur. Item huius obligationis onus peculiũ respicit ⁊ quatenus de eo pernenit ad creditorem obligatio tollitur. Item solutum in quantum erat obligatio extincta repetitur residuum non naturali obligatione impediente. hoc dicit.

¶ Legati. Fideiussori soluenti indebitum competit repetitio. b. d.

Si quis. Si cautio debita in soluendo fuit obmissa soluenti per conditiones succurritur. b. d.

Qui exceptionem. Jsta est notabilis lex tutus exceptione perpetua ⁊ fauoraliter soluens quocũq; errore repetit. secus si sit odiosa tantum. b. d.

¶ Si pars domus. Res data potest condici vt possit pro impensis retineri hoc dicit.

¶ Si pactus. Per pactum tollitur obligatio operarum que postea solute repetentur. b. d.

Quod pupillus. Pupillus vel infans sine tutore contrahens etiam naturaliter non tenetur. b. d.

¶ Si quis. Tutus exceptione iurisiurandi per errorem soluens repetit. hoc dicit.

Repetitio. An sit debitum inspicitur ex persona eius cui soluitur. b. d.

Si is qui. Qui ex hereditate sibi debita non deducit non repetit. b. d.

Indebitam. Jsta est notabilis lex Si fideiussor soluat indebitum debitori cõpetit repetitio si eius nomine est solutum. secus si fideiussor ipius proprio nomine soluit. hoc dicit.

Qui promisit. Inter si ⁊ cum nõ est differentia. b. d.

Is solum. Hec conditio est personalis cum detur cõtra eum cui soluitur nec est in rem scripta ideo non detur contra eũ cui solutio proficit. hoc dicit.

Ex quibus. Qui habet solam retentionem soluens non repetit. b. d.

¶ Quisquis. Soluens scienter indebitum non repetit. hoc dicit.

Damus. Datum ob causam de preterito non obligatis non repetitur datũ ob causam de futuro ea non secuta repetitur. hoc dicit.

Dominus Jsta est fortis lex solutum indebite si non est trãslatum dominiũ vendicatur a domino si est translatum condicitur ab eo imediate ad quem in veritate spectat vt enitetur circuitus. b. d.

Si urbana. Jsta est solennis lex ex locatione predonis non competit actio domino. Item ex locatione serui vel domini non recte soluitur predoni sed solutum vt indebitum repetitur. hoc dicit.

Sufficit Dubitatio exceptionis per-

petue an temporalis causa dubitationis pendente habet vim exclusionis perpetue.b.d.

Cum indebitum Ex solutione tutoris competit conditio impuberi.b.d.

¶ Creditor. Solutum indebite procuratori non habenti ad hoc mandatū repetitur ab eodem vel a domino.b.d.

Seruo. Conditio impossibilis quā testator putabat impossibilem viciat legatum vt l.obtinuit.ī.ō condi.7 demōstra.insti.de here.insti.¶.fi.glo.ponit multas solutiones hoc dicit Bar.

Si fideiussor. Si fideiussor solū est liberatus solues repetit secus si reus principalis soluerit.b.d.

Julianus verum debitorem. Subtilis est hec lex.q̄ ex nullo euentu est id dubietas non induxit. Et q̄ in omnem euentum certum est debitum mihi ab eodem id vt indebitum non repetitur.secus si diuerse persone illud sunt debiture.b.d.tota lex.

Tutores. Quod bona fide factum est habetur ratum etiam pupillo postea per restitutionem abstinente.secus si dolo. Ites repetitio cōpetit ei ad quem postea negocium incipit pertinere.hoc dicit.

Fideicōmissum. Indebitum scienter permissum non repetitur.b.d.

Meracius. Si species debita perfecte non soluitur talis solutio non parit liberationem nec inducit repetitionem.b.d.

Scimus. Sicut si ab initio minus legittima relinquatur agitur ad supplementū ita si ex postfacto legittima minuatur que repletio debet fieri de substantia testatoris 7 temporis dilatio de legittima subducitur. b. d.

Illud preterea. Tempus querele incipit currere ab adita hereditate que debet adiri temporibus his expressis 7 querela non preparata transmittitur ad liberos

Cum antiquis. In peculio castrēsi vel quasi filiusfamilias habet duplex priuilegium scilicet q̄ in eo potest testari 7 q̄ testamentum suum non subiacet querele sed postquam factus est sui iuris desinit esse peculiū

hoc dicit tota lex.

Rubrica de inofficiosis donationibus.

Si vt allegatis. Si per donationes filiorum legittima minuatur per querelā inofficiose donationis vsqz ad legittimam reuocantur. b. d.

Si pater. Si pater donat filio in potestate quatenus immoderate donauerit nō te non confirmatur ideo ad reuocandū non est opus querela sed agitur familie herciscūdi de iudicio. si vero donauit filio emancipato ab inicio valet et querele est locus. b. d.

Precibus. Hec querela habet locum etiam quando donans intestatus decessit.

Si filius tuus. Aliud auxilium extraordinarium istam querelam excludit.

Si totas. Quod immoderate liberis est donatum ꝓpter supuenientes liberos etiā viuo donatore reuocatur. b. d.

Cum donationibus. Impeditur intentare hanc querelam qui iudicium defuncti agnouit vel aliud remedium habet vel ei quantū sufficit ad legittimā fuit relictum.

Si mater. Donatio reuocatur quatenus immoderate est facta. b. d.

Si liqueat. Donatio facta viri ex liberis immoderate re 7 consilio reuocatur quatenus est gestum immoderate. Jtem in eo qō vxor donat de bonis viri ds inspici an filij ꝓ illam donationem in bonis viri fraudētur.

Non conuenit. Eiusdem nature est querela inofficiosi cum ista. b. d. Fallit in casibus quos habetis in glo.

Rubrica de inofficiosis dotibus.

Cum omnia. Si per donationem dotem filij legittima defraudantur reuocatur per querelam inofficiosis dotis.

Rubrica de petitione hereditatis.

Senatus. Bonefidei possessor hereditatis tenetur quatenus factus est locupletior ante litem contestatā. malefidei vero vel bonefidei post l. cōtes. tenetur ad vsuras et fructus perceptos. 7 qui percipi potuerūt b. d. Dividitur in tres ptes primo ponit preambulum ad decisionem questionis. secundo loquitur in bonefidei possessore tercio in malefidei possessore. secunda ibi vsuras. tercia ibi. Post litem autem.

Si post motam. Emptor hereditatis malefidei tenetur de fructibus. bonefidei vero a tempore litis contestate 7 petitione hereditatis conuenitur. emptor vero rei singularis rei vendicatione tenetur. b. d. Et habet tres ptes. vt patet ex summario. secunda ibi. Si vero vendicationem. tercia ibi. Emptor autem.

Hereditas. Qui succumbit in vno iudicio non repellitur exceptione rei iudicate in alio quod ex alia causa descendit. b. d.

In restituenda In restituenda hereditate habetur ratio expensarū factarum in defunctum 7 solutarum pecuniarū creditoribus hereditarijs. b. d. cum l. se.

Si ptas Auus paternus potest ab iniustis tutoribus possidentibus hereditatē ad nepotes pertinentem hac actione auocare. b. d. fm lec. veriorem et secundam.

Hereditatis. Hereditatis petitioni p̄scribitur triginta annis. rei vendicationi prescribitur longo tempore. b. d.

Liber. De persona testantis ante omnia debet inquiri. b. d.

Si scripti. Is ad quem pertinet hereditas de iure ciuili et pretorio debet eā petere

Si filiusfa. Detentio hereditatis p longum temp⁹ facta per filiū facit presumi iussu patris precessisse 7 aditionē secutam esse.

Cogi. Nemo cogitur dicere titulum siue possessionis ad vtilitatem actoris nisi in petitione hereditatis. b d. primo loquitur in genere 7 regulariter. secundo ponit exceptionem argula. secunda ibi. Preter.

Cum hereditatis. Quando est controuersia de hereditate legatarij p̄nt agere contra heredem scriptum prestita cautione. creditores possunt agere contra petitorem vel possessorem. libertates possunt peti post annum 7 hec actio est bonefidei. b. d.

¶ Rubrica De rei vendicatione.

Etiam per alienum. Per seruum alienum bona fide possessiones quis querit ex re propria vel ex opera serui. malefidei vero possessioni nihil queritur.

Si inferiorem. Edificium cedit solo.

Mater tua. Rem meam nō meo nomine venditam vendicare possum 7 possum ratum habere quo ad perdendū dominium rei mee et quo ad parandam actionem neg. ge. in subsidiū. b. d.

Aduersus Ab eo qui emit a malefidei possessore potest res vendicari nisi prescripserit. b. d.

Bonum Malefidei possessor tenetur de fructibus perceptis 7 percipiendis et expensas necessarias officio iudicis recupat vtiles detrahit. b. d.

Si ex ea Res empta ex pecunia mea non est mea 7 ideo a me vendicari non pōt.

Partum Eius est ptus cuius ē mater.

Si vt proponis Res empta ex pecunia militis potest ꝑ eali fauore a milite vendicari potest etiam agi neg. ges. vel mandati si interceserit. b. d.

Note. Vxor non potest vendicare rē dotalem. b. d.

Cum super. Dominium probari pōt per testes vel instrumenta vel alijs probationibus. b. d.

Si quis sciens. Quicquid plantatur seritur vel seminatur omne solo cedit radices si tamen egit.

Inciuile In cōtractibus nominatis nō est locus condicioni ob causam contra eum qui contractum ex parte sua nō impleuit sed ad ea que in contractu eueniunt est agendum. b. d.

Ordinarij. Possessorium retinende debet prius examinari deinde ad petitorium peruenirj. b. d.

Cum a matre. Pro ea parte qua qs succedit defuncto pro ea eius repñtat psonã et eatenus contra eius factũ venire non pot

Quotiens. Ille est potior in dominio cui prius res traditur licet alius in titulo prevenerit. b. d.

Si in area. Quod in cõmuni edificatur cõmune efficitur sed edificanti bona debent restitui. b. d.

Si fundum. Denunciatio facta a domino ne quis emat emptorem constituit malefidei possessorem. b. d.

Judicia. Dominium potest probari instrumento et alijs indicijs. b. d.

Non seruum. Contra dominum debent institui actones pro rebus quas detinet seruus non contra seruum. b. d.

A possidentibus In actione in rem contra non restituentem iuratur in litem.

Si mancipium. Qui repetit rem suam non tenetur reddere precium ab alio perceptum. b. d.

Nullo. Qui titulum iustum non habet longo tempe non prescribit. b. d.

Solennibus Per solutionem pensionis non consequitur quis dominium. b. d.

More litis. Prescriptio longi temporis post litis contest. non currit. b. d.

Seruum. Ex solo titulo sine possessione non queritur dominium. b. d.

Res aliena. Nisi actor suam intentionem probat reus possidens licet iniuste absolvitur. b. d.

Rubrica. De vsufructu et habitatione.

Si vsufructus Fructuarius prestare debet cautionẽ quã testator remittere nõ potest q per consequens vsufructuarius añ cautionem prestitam vti frui non potest. b. d.

Verbis. Proprietarius non impedit obligare ꝓprietatẽ licet vsufructus sit alien⁹.

Si patri. Morte ꝓprietarij non tollitur vsufructus sed fructuarij &c.

Vsufructu. Vsufructuarium siue ex testamẽto siue ex contractu oportet cauere de vtendo fruendo arbitrio boni viri. b. d.

Si pater. Vsufructuarius fructus perceptos post tempus vsufructui adiectum tenetur restituere. b. d.

Interest Maritus vsufructũ in dotem recipiens ꝓprietatem obligare non potest. q idem si ꝓprietatem inextimatã in dotẽ recipiet. si vero extimatã obligare possit. b. d.

Cum ad quem Modica expensa pertinet ad vsufructuariũ magna ad ꝓprietariũ

Alego. Vsufructuarius vel eius heres non prescribit proprietatem. b. d.

Vsufructu. Vsufructuarij vel ille cui sunt relicte ope serui alienandi facultatẽ nõ habet. b. d.

Si domina. Habet duas lec. Scõm primam lec. b. d. Morte domini nõ extinguitur vsufructus. Scõm alias lec. b. d. Morte eius qui cõduxit vsufructum vsufructus conductus extinguitur. Et ista vltima est magis notabilis.

Habitatio Habitatio finitur morte q eam habet non potest alienare ꝓpuetates etiam in vltima voluntate. b. d.

Ambiguitatem. Añ tempus certe etatis apponitur ad exclusionẽ iuris iam quesiti in dubio facit diem nõ cõditionẽ q vsufructus morte finitur. b. d. tota ista lex.

Cum antiquitas. Habitatio est ius per se et qui eam habet potest locare non tamen potest dominium vendicare nisi hoc in concedendo fuerit expressum. b. d.

Antiquitas. Appellatio heredis relata ad id quod de sui natura non est transibile ad heredes in psona primi heredis finitur.

Inter antiquam Per alienationes partis serui non extinguitur vsufructus pure concessus. b. d.

Corruptionem. Usufructus nō vtē-
dor psonalis actio pro eo competens spacio
longi temporis finitur nō minori. finitur etiam
per mortem 7 capitis diminutionem non mi
nimam. b. d.

Ex liberis Si filius cui est usufructus
concessus ante patrem decedat videtur cō-
templatione patris concessus sed si pater pri
us decedat tunc contemplatione filij. b. d.
Dividitur in duas partes. prima loquitur qñ
filius vel seruus predecessit. secunda quādo
pater predecessit. Item in prima loquitur de
filio 7 seruo. in secunda de filio tantum. se-
cunda ibi. Nec si pater.

¶ Rubrica. De seruitutibus et aqua.

Si quas. Ista lex legitur tribus modis
et quelibet lec. est bona. Et b. d. fm primam
Seruitus qui habet causam continuam acq
ritur spacio longi temporis si prescribens fu
erit bonefidei. b. d. Scōm secundā lec. b. d.
Libertas seruitutis altius non tollendi queri
tur longo tempe ab eo qui bona fide fuit in
quasi possessione libertatis. b. d. Scōm ter
ciam lec. hoc intendit. Patientia eius qui vi
vel clam vel precario possidet non tribuit al
teri ius seruitutis prescribende. b. d. Et ista ē
magis notabilis

Si aquam. Seruitus que habet cām
continuam acquiritur longi tempore nisi fue
rit interrupta. b. d.

Et in prouinciali. Predio tributa
rio potest imponi seruitus 7 res transit cum
onere suo. b. d.

Aquam. Ex fundo alieno non potest
duci aqua nisi domino volente. b. d.

Si quid pars. In confessoria venit
vt in pristinum statum res reducatur et dam
num sarciatur. b. d.

Preses. Omnis caritas incipit a seipsa
b. d. et ad hoc allegatur.

Si manifeste. In aqueductu antiqua
consuetudo conseruanda est.

Altius. Solum est liberum vsq; ad ce
lum nisi seruitus sit imposita 7 in piete alteri⁹
nemo potest fenestrā facere. b. d.

Si in edibus. Qui edificat contrā
debitam seruitutem cogitur tollere. alias nō
potest prohiberi altius edificare. b. d.

Si tibi Quilibet in suo potest facere qō
vult nisi faciat contra debitam seruitutem.

Per agrum. Non potest quis ire per
agrum alienum sed per viam publicam.

Sicut vsufructum. Seruitutes
reales non vtēdo pduntur spacio longi tpis.

Cum talis. Seruitus habens vsum
discontinuum pditur tempe duplicato.

¶ Cum autem apertissimi.
Si area non potest habere ventū nisi ex vna
parte ipso iure predio vicino seruitus est im-
posita ne altius tollat et ventum impediat.

¶ Ru. De lege aquilia.

Ex morte. Ex morte serui potest agi ci
uiliter 7 criminaliter.

Contra negantem. Actio legis a-
quilie crescit contra inficientem. b. d.

¶ Rubrica. De iudicio familie herciscunde.

Si non omnem. Si quid hereditā
tis non est diuisum hoc iudicio agitur et di-
uidatur. b. d.

Uxor tua. In hoc iudicio filius deduc
cit precipuam dotem vxoris vinētis vel post
mortem patris defuncte. b. d.

Aduersus Hoc iudicium excludit cri-
men expilate hereditatis. b. d.

Si filiusfa. Castrensia in diuisione
deducuntur precipua. secus si non sunt ca-
strensia. b. d.

In ipsius Voluntas vltima potest mu
tari tacite 7 expresse. b. d.

Ea que Nomina non veniunt per hoc
iudicium diuidenda cum sint ipso iure di-
uisa. b. d.

Si qua. In hoc iudicio habetur ratio
fideicōmissorum et prelegatorum. b. d.

Bona. Pro pluribus hereditatibus diuidendis potest vnum fami. bercis. iudiciū intentari. b. d. fm lecturam magis notabilē.

Non est ambiguum. Hec actio ē bonefidei et in ea habetur ratio fructuum.

Quotiens Testator potest inter suos heredes diuidere salua falcidia et clausula generalis determinatur per specialem clausulam precedentem. b. d.

Inter filios. Hereditas patris debet diuidi equaliter inter filios.

Non ideo In diuisione non est necessaria scriptura. b. d.

Certum est. Profecticia veniunt diuidenda 7 debitum vnius fratrum non onerat alios nisi de eius peculio profecticio.

Si familie. Ex contractu diuisiōis obligatur quis de euictiōe quatenus socius habeat de parte consocij. b. d.

Si diuisione. Ex pacto nudo diuisionis non oritur actio neq; trauffertur dominium nisi traditione secuta. b. d.

Filij. Judex in diuidendo inter liberos debet sequi voluntatem defuncti etiam non solennem. b. d.

Coheredibus. Diuisio facta inter socios alijs socijs absentibus non preiudicat.

Filie. Quod pater nomine vnius filij cōparauit et tradidit debet ei filio adiudicari 7 in hoc iudicio habetur ratio sumptuum.

Incerti iuris. In hoc iudicio habetur ratio rerū subtractarū 7 etiā deteriorataru.

Si cogitatione. Judex in hoc iudicio debet sequi patris voluntatem.

Seruum communem.
Error coheredum non facit alteri acquirere dominium. b. d.

Licet. Pactum coheredū non preiudicat creditoribus sed inter ipsos coheredes seruatur. b. d.

Ex causa. Qui non vult succedere nō tenetur alias cogitur conferre. b. d.

Inter omnes. Voluntas patris minus solennis in diuisione inter liberos est seruanda. secus quo ad extraneos. b. d.

¶ Rubrica de cōmuni diuidundo.

Frater tuus. Judicium cōmuni diuidundo datur contra emptorem et post litem super eo contestatum tanquam litigiosa nō potest alienari. b. d.

Si probatum. Contra eum ad quem transit possessio iure pignoris potest hoc iudicium intentari. b. d.

Ad officium. In hoc iudicio veniūt que sunt cōmunia et per iudicem fit diuisio certis regionibus vel adiudicationibus possessionum diuersarum vel etiam vnius alterius extimatione refusa. b. d.

Si maior. Diuisio facta inter fratres debet haberi rata nisi beneficio restitutionis rescindatur 7 non diuisa debet diuidi et in hoc iudicio habetur ratio culpe et fructuum. b. d.

Filium quem habentem.
Hec lex legitur in glo. tribus modis. quarto modo legitur fm ia. de arc. Scōm cōmunē lecturas diuiditur in duas ptes. In prima ponitur thema et questio et extendit questiones ex themate. In secunda ponitur decisio questionum. secunda ibi. Post eius euētum. Et prima glo. huius l. psequitur tantū lec. antiquorum fm quam lec. b. d. Datum causa conditionis implende computat in quarta trebellianica que potest detrahi in vna re data a patre filio in peculio pfecticio. b. d. Sfm lec. io. b. d. Datum causa conditionis implē de cōputatur in quarta trebellianica 7 hereditaria portione fundi filio prelegati 7 de re stituendo grauati. b. d. Sed ista lectu. io. re pbatur. Alia lec. est azo. 7 bu. fm quā hoc intendit. Datum causa cōditionis implende cō putat in trebellianica 7 hereditaria portiōe rei filio donate 7 donatio morte cōfirmatur b. d. Sed prima lec. l. antiquorū est verior.

¶ Rubrica. cōmunia vtri usq; iudicij tam fami. bercis. quam cōmuni di.

Diuisionem. Diuisio similis est emptōi
Etiam si is. Diuisio facta a iudice cō
petenti potest consensu ptium validari.
Maioribus. In diuisionibus subueni
tur ei qui est deceptus dolo aduersarij vel
re ipsa vltra dimidiam iusti precij. b. d.
Si patruus. Res empta ex pecunia
cōmuni vel redacta ex rebus cōmunibus nō
est cōmunis sed pecunia peti debet. b. d.
Si fratres. Ex contractu diuisionis
quis de euictione tenetur nisi sciens res alie
nas vel obligatas accepit tunc non tenetur
nisi promisit. b. d.
Possessionum. Sic est facienda
diuisio vt agnationes ascripticiorum non se
parentur. b. d.
Illud. Dos vel donatio ante nuptias
ad patrem reuersa debet esse precipua illius
filie. pō data fuerit extraneis institutis. Si
vero alij filij fuerint etiam instituti debs ad
eam pro qua data fuerit redire eatenus qua
tenus apud alios filios ex bgs causis datum
perseuerat. b. d.

Ru. Finium regundorum.

Si quis super. Primo de possessiōe
secundo de proprietate debet iudicari. ter
cio per agrimensorem fines poni etiam pte
absente per contumaciam. b. d.
Si constiterit. Hanc questionē con
iungit Soffre. inter constitutiones que puni
unt violentias. 7 b. d. Qui post litis contesta
tionem super finibus aliquid inuadit indebi
te hac. l. punitur. b. d.

Rubrica de consortibus eiusdem litis.

Explosis Licet plures sint consortes
eiusdem rei tamē quelibet potest pro sua pte
agere 7 defendere. b. d.
Communem. Pro consorte post lite
contes. absente potest quis agere 7 defende
re sine mandato prestitis legitimis satisdatio
nibus. b. d.

Rubrica de noxalibus actionibus.

Si seruus. Ne aliquis indebite damnum
patiatur verba statuti recipiunt interpreta
tionem restrictiuam. b. d.
Sine seruum. Actio criminalis otra
seruum actio ciuilis noxalis contra dominū
proponitur. b. d.
Si seruus. Idem vult quod lex prec
dens. b. d.

Rubrica ad exhibendum.

Si dominium Actio ad exhibendus
est preparatoria ad rei vendicationem.
Si criminis. Etiam si agendum est cri
minaliter potest agi vt seruus exhibeatur.
Nec. Sententia absolutoria non no
cet agere volenti de nouo ex alia causa.
Non ignorabit. Qui in inicio litis
possedit adhuc bodie pīsumitur possidere.
Exhibitionis. Qui rem deteriorata
culpa exhibet in factum actione tenetur. b.
d. Diuide. primo ponit dictum suum sub nu
be. secundo illud determinat 7 declarat. se
cunda ibi. Ita vt qui rem.
Si res tuas. Ex pacto alterius appo
sito in traditione rei mee queritur mihi actio
utilis. b. d.
Si ex quocunq. Debitor qui sol
uit potest petere instrumentum cancellatum
sibi reddi. b. d.

Rubrica de religiosis 7 sumptibus funerum.

Explicunt casus breues libri tercij codicis.

Incipiunt casus breues libri quarti codicis.

Rubrica de rebus creditis et iureiurando.

Causa. Causa iureiurãdo decisa non retractatur pretextu periurij.b.d.

Iureiurando. Periurus non a lege sed a solo deo punitur b.d. Diuiditur. primo loquitur de eo qui iurauit per eum. secundo de eo qui iurauit per principem. secunda ibi. Periculum autem.

In bonefidei. In defectum pbationis iudex defert alteri ptium iuramentum

Si ad excludendam. Pupillus non potest iusiurandũ deferre.

Cum etiam. Relictum a tutore videtur relictum a pupillo 7 in causa pupilli pôt iusiurandum deferri tutori.b.d.

Cum proponas Super causa status potest iusiurandum deferri.b.d.

Nec filius Juramentũ vel dilatio vni non debet obesse alteri.b.d.

Actori Ex iuramento prestito vel remisso oritur actio in factum sicut ex sententia.

Delata. Reus cui defertur iuramentũ debet iurare referre vel soluere.b.d.

In actione Super actione depositi potest iusiurandum deferri.b.d.

Si quis. Delatio iuramenti antequas prestetur potest reuocari donec iuret vl sentietur.b.d.

Generaliter. Primo pôit qñ debet iurari. secundo loquitur de effectu iuramẽti partibus absentibus. tercio loquitur de effectu iuramenti ptibus presentibus. quarto cõfirmat iura antiqua. secunda ibi. Sed iuramẽto. tercia ibi Nos de presentibus. quarta ibi In omnibus autem. Et hoc sit p summario.

¶ Sed iuramento. Si cã decidit sacramento delato prestito vel recusato non est locus appellationi sed quãdo pôt pronocari procedit eo ordine quo hac lege

Cum quis Juramentum retractatur pretextu testamenti de nouo reperti.

Rubrica Si certum petatur.

Nec. Heredes debentur ad debitã pro portionibus hereditarijs nullo respectu habito ad prelegata.b.d.

Quamuis. Ex mutua rei aliene nascitur nobis actio si fuerimus stipulati que poterit cedi domino.b.d.

Eos qui. Ubi quis exercet officium non potest exercere fenus.b.d.

Si absens. Si pecunia aliena absentis domini nomine mutuetur ei queꝝ actio quod si ratum nõ habet mutuanti cedere cogitur alias vtilis ei competet.b.d.

Si non singuli. Ex contractu mutui quis non tenetur vltra id quod ad eũ peruenit nisi plurium reorum constitutio vel intercessio vel biennij cursus intercesserit.b.d. Diuiditur in duas partes. primo loquitur qñ pecunia fuit numerata 7 confessata. secũdo quando fuit numerata pecunia sed fuit confessatum aliud pro ea. secunda ibi. At multo mags.

Si ex precio. Debitum ex vna causa potest conuerti in aliam per stipulationem non pacto nudo ex interuallo apposito. secus si in continenti.b.d.hec l.et.l. Si pro mutua.j.e.

Cum te Si plures simul mutuant qlibet agit pro parte nisi actum fuerit vt essent duo rei credẽdi vel alteri ab altero est mandatũ

Eo quod. Plures vno instrumento possunt ôbligari. Item vnum debitũ in aliud potest per stipulationem conuerti.b.d.

Incendium. Casus fortuitus non liberat debitorem quantitatis seu generis.

Si in rem. Qui pro alio soluit pôt ab eo repetere.

Eum qui. Inspicitur cuius contemplatione quis mutuet non cuius contemplatione quis accipiat.b.d.

Mutue Subscriptio ñ obligat eũ qui nec accepit nec stipulanti promisit.b.d.

Non aduersus. Creditor non pôt cogi a debitore vt eo dimisso agat contra debitorem debitoris.

Quisquis. Judices in prouincia quam iudicant fenus exercere non possunt 7 qui pecuniam pro bonore dat pena punitur exilij.b.d.

Super cyrographarijs. Si contractus excedit summam quinquaginta librarum auri tres testes debent adhiberi in instrumento obligationis vel liberationis.

¶ Rubrica de Suffragio.

Si qui desideria. Salarium aduocato promissum ex hac lege condicione petetur.et si res mobilis pro salario tradat traditio sola sufficiat.sed si immobilis contractus debet in scriptis celebrari 7 vera traditio sequi et si aduocatus inuaserit restituet et actione privabitur.b.d. Dividitur in quatuor partes.primo loquitur quando salarium promittitur.secundo qñ traditur pro salario res mobilis.tercio qñ res immobilis.quarto quã do aduocatus inuadit indebite.secunda ibi Sed et si quid eo nomine.tercia ibi.q si pre dia.quarta ibi.q si quis.

¶ Rubrica de probibita sequestratione pecunie

Quotiens. Sequestratio est regula riter probibita.b.d.

¶ Rubrica de Condicione indebiti.

Pecunie. Indebitum ex causa iudicati solutũ non repetitur 7 in actionibus stricti iuris non veniunt vsure etiam post litis otes.

Si citra. Delegatus indebitum repetit a delegante non ab eo cui est delegatus.

Cum et. Solutum 7 etiam promissum potest condici.b.d.

Ea que. In bijs que crescũt per inficia tionem solutum vel promissum indebito mõ condicitur.b.d.

Si a patre Qui non est heres 7 soluit cum se putat heredem repetit.b.d.

Si per ignorantiam. Indebito soluto alteri per alterum queritur actio sicut in mutuo.b.d.

Fideicommissum. Idem dicit q.l. Cum quis.ẽ.de iuris et facti ignorantia.

Creditoris. Indebitum solutum p pro curatorem in rem suam ab eo repetitur.

Indebitum. Soluens scienter indebitum non repetit et solutio in dubio presumitur illicita.b.d.

Si quis. Cuius est electio in soluendo eiusdem est electio in repetendo.b.d.

Pro dubietate. Dubitans 7 ignorans quantum ad repetitionem indebiti equiparatur.b.d.

¶ Rubrica de conditione ob causam.

Pecuniam. Quod datur ob causam dotis pro matrimonio illicito per conditionẽ ob causam repetitur.b.d.

Ea lege. Pactum de non alienando rem donatam operatur vt eius metu qs non alienet vel si alienabit condicione ob causas tenebitur.b.d.

Si vt proponis. Si donatarius nõ implet pactum in donatione appositum hac conditione ad reddendum quod accepit tenetur.b.d.

Si cum exignam. Per hanc condicionem condicitur liberatio si non est secuta causa ꝓpter quam facta est obligatio.b.d

Si militem. Si causa ꝓpter quam est datum non impletur ꝓpter iuris impossibilitatem quod datum est repetitur.b.d.

Cum ancillam. Donatio simplex non reuocatur donatio ob causam reuocatur causa non secuta.b.d.

Si repetendi. Causa dandi in mente retenta non expressa si non impleatur hãc condicionem non inducit.b.d.

Victam. Si causa non impletur facto accipientis hac condicione tenetur.

Si liber. Datum ob causam non secuta repetitur nisi cum seruus domino decesserit

Pecuniam. Si causa non impletur casu fortuito cessat condicio. b. d. cum .l. se.

¶ Rubrica de condicione ob turpem causam.

Si ex cautione Promissoris ex cā turpi in veritate licet in cautione causa exprimatur honesta potest condici liberatio.

Cum te. In pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. b. d.

Quod enitandi. Quando turpitudo versatur ex parte recipientis tantū quod datum est repetitur z turpitudo punitur.

Quotiens. In actione stricti iuris nō veniunt vsure. b. d.

Mercalem. Promissum ob turpem causam ex parte vtriusq; non potest peti.

Ob restituenda. Qui recipit pecuniam vt faciat quod facere tenebatur cōdicione ob turpem causam tenetur. b. d. cū. l. se.

¶ Rubrica de conditione furtiua.

Preses Actiōes penales contra plures dantur insolidum z vnius solutione alter nō liberatur. secus in persecutorijs. b. d.

Ante oblationem. Periculum rei furtiue spectat ad furem. b. d.

¶ Rubrica. de conditione ex lege sine causa vel iniusta causa.

Licet. Fiscus debitorē pure vel in diem debitoris sui ex causa principali pōt conuenire etiam ante diem condicionis ex hac l.

Dissolute. Debitor liberatus solutione potest debiti instrumētum cōdicione ex hac l. condicere. b. d.

Si non est. Infra tempus infra quod potest opponi exceptio non numerate pecunie potest condici liberatio. b. d.

¶ Rubrica de actionibus et obligationibus.

Data. Legitur duobus modis. vno mō in glo. fm quam lec. hoc intendit. Ex contractu innominato non cōpetunt vtiles actiones me cessione nisi in subsidium b. d. Secūdo modo legitur fm aso. in sum. licet gl. de eo hic non faciat mentionem. Et fm eum breuiter b. intendit. Mandatū directarum actionum ex causa emptionis expirat mandante mortuo sine herede et vtiles sole remanent. b. d. Vel aliter et fm Bar. Quādo creditor mandat soluenti cedere actiones tale mandatum morte finitur licet in subsidium vtiliter detur si non est qui cedat. b. d.

Hominibus. Ex contractu venditionis et emptionis transeunt vtiles sine cessatione.

Ob causas Coloni non possunt cōueniri pro dominis. b. d.

Sicut. Bones ligantur per cornua et homines per verba. b. d.

Si insolutum. Cui cedantur actiones personales videtur cedi ypothecaria pro alio debito cum sua causa vt ei creditor potior preferatur. b. d. cum l. se.

Si quidem donationis. Donatio perfecta non reuocatur mandatū vero mandantis morte finitur. b. d.

Negantes. Qui negat debet de iure conueniri non per vim exigi.

Aduersus. Per electionem ypothecarie non impeditur personalis. b. d.

Nimia Dominus non potest cōueniri pro debito coloni. b. d.

Ob es. Ob es alienum non potest quis seruus effici alterius. b. d.

Cum qui. Debitor est conueniendus nō ille qui a debitore precium rerus quas sibi vendidit recepit. b. d.

Est in arbitrio. Creditor potest agere personali vel ypothecaria. b. d.

¶ Rubrica. Et actiones ab here de7 cōtra heredē incipiāt

Cum et. Actiones possunt incipe ab herede et contra heredem sublata antiqua regula que contra dicebat.b.d.

¶ Ru.Ale vxor pro marito vel marit' pro vxore.

Frustra. Rubrica summatto.istū ti.

Cum te. Qui soluit debitum vnum pro alio non cogitur alia soluere.b.d.

¶ Ru.Ale filius pro patre vel pater pro filio.

Alecp ex eius. Rubrica est summa totius tituli 7 nihil aliud dicit.

¶ Rubrica.An seruus ex suo facto.

Quamuis. Seruus ex contractu facto in seruitute non tenetur factus liber nisi cum pro libertate promisit.ex delicto vero factus liber tenetur extraneo non domino.b.d.

¶ Rubrica Quando fiscus vel priuatus.

Propter es. Res tutoris non pñt in quietari pro pupillo.b.d.

Si in causa. Si alia non reperiuntur vltimo loco fit executio in nominibus debitorum.b.d.

Si debita. Debitor debitoris fisci cogitur soluere fisco.b.d.

Non prius. Ad debitorem debitoris non peruenitur nisi primo debitore excusso.

Insolutum Ex datione insolutum transeunt vtiles sine cessiõe directe vero nõ possunt exerceri nisi mandentur.b.d.

¶ Rubrica de actionibus hereditarijs.

Pecuniam Coheredes possunt cõuenirj psonali pro hereditaria portione ypothecaria insolidum.b.d.

Pro hereditarijs. Actiones personales dantur contra heredes pro hereditarijs portionibus reales quatenus possident.

Heredem Contra debitorem hereditarium non competit actio personalis.b.d.

Et debitum Donec hereditatis questio terminetur alter ex litigantibus non põt sibi petere debitum.b.d.

Sub pretextu. Questio pecuniaria propter pupillarem etatem non differt.

Si adulta Contra heredes potest qs agere pro hereditaria portione 7 si non sint soluendo potest impetrari separatio.b.d.

Creditores. Creditores debent cõuenire heredes non legatarios.b.d.

¶ Rubrica.Ex delictis defunctorum inquantum heredes conueniantur

Post litis contestationem. Actiones descendentes ex delicto post litis contes.dantur contra heredes insolidum alias quantum ad eos peruenit.

¶ Rubrica.de Constituta pecunia.

Si pro alieno. Actio de constituta est perpetua alias propria 7 transitoria ad heredes et contra heredes.

Recepticia Recepticia actio est sublata et omnis res potest in constitutū ōduci. Item actio de constituta est personalis et propria.b.d.tota ista.l.

Diui. Exceptio diuisionis que oritur ex epistola diui adriani habet locum etiam inter plures constituentes.b.d.

¶ Ru.de probationibus.

Et creditor. Actor suam intentionē reus suam exceptionem debet probare.

Possessiones. In reali debet pba re petitor non possessor.b.d.

Ex persona. Ex ꝑsona cōtutoris qui fuit soluendo tempore depositi officij non debet alius conueniri.b.d.

Proprietatis. Dominium pōt ꝓbari per instrumenta ⁊ per alias legittimas probationes.b.d.

Instrumenta. Legitur duobus modis. Uno modo ſm glo. ſm quas breuiter d. Priuata scriptura non inducit ꝓbationem sibi non est causa.b.d. Alio modo legitur ſm vltramōtanos ⁊ breuiter b.d. Priuata scr.ptura non facit fidem nisi alijs adminiculis vt puta litterarum compationibus adiuuetur.

Rationes. Quas ptes habet. Prima loquitur in ratione. Secunda in vltima voluntate.prima pars b.d. Rationes defuncti nō probant aliquem fuisse debitorem defuncti. b.d. Secunda pars ſm glo. breuiter.b.d. Uerba enunciatiua defuncti in vltima volūtate debitores non liberant.b.d.

Autentica. Quod obtinet Uerba enunciatiua testatoris non preiudicant heredibus nisi testator iurauerit.b.d.

Exemplo. Scriptura propria non facit fidem pro producente.b.d.

Frustra. Reus nō debet probare sed actor.b.d.

Cum te minorem Ei qui etatem allegat incumbit onus probandi eam.b.d.

Aleg natales. Non probat hoc esse quod ab hoc cōtingit abesse.b.d. Uel aliter Articulus impinens non debet admitti.

Si scriptum In dubio presumitur p testamento nisi probetur contrarium.b.d.

Cum res. Per instrumenta res nō geritur sed per instrumēta ꝓbatur. potest etiam alijs modis legittimis probare.b.d.

Non epistolis Per verba enunciatiua in epistolis vel libellis prolata cōsanguinitas non probatur.b.d.

Non nudis. Asseueratio fraternitatem non probat et que est in possessione fraternitatis presumitur frater nisi probetur cōtrarium.b.d.

Lis eius Uiolenta possessio non relevat possidentem ab onere probandi.b.d.

Siue possidetis. Quod fuit meum vel autoris mei presumitur semp esse meū nisi probetur contrarium.b.d.

Patrem. Qui est in possessione seruitutis debet liquido probare se ex libera esse natum.b.d.

Cum precibus. Presumitur verum quod continetur in instrumento nisi probetur contrarium.b.d.

Exceptionem Exceptio dilatoria solutionis potest opponi ab initio sed debet probari post intentionem actoris fundatam

Si de possessione. Habere instrumentum cancellatū nō prodest ei qui subtraxit. Item qui instrumentū subtraxisse ꝓbatur contra eum faciet plenā fidem.b.d.

Ad probationem. Instrumenta p sunt hijs quorum mandato sunt pfecta nō extranei. Item articulus impinens non est admittendus.b.d.

Ad probationem. Articulus qui non adminiculatur ad causas non est admittendus.b.d.

Actor. Ei qui dicit incumbit onus probandi non ei qui negat.b.d.

Jubemus. Qui producit scripturas ſuspectas debet probare eas est veras. alias punitur vt falsarius iudicis officio.b.d.

Sciant. In criminalibus exiguntur probationes luce clariores.b d.

¶ Rubrica de testibus.

Si tibi. Status alicuius non solum p testes sed etiam per instrumenta probatur.

Etiam Testimonium persone domestice non valet.b.d.

Solam. Attestatio sola legittimis adminiculis non fulcita non probat.b.d.

Nimis. Non debet inicium probatis de domo aduersarij sumi.b.d.

Jurisiurandi. Dec l. ponit tria dcā testes debent iurare 7 honestioribus debs adhiberi fides 7 dcō ynius nō creditur. b. d.

Omnibus In re propria nullus est idoneus testis. b. d.

Quoniam. Principiū huius l. legitur pluribus modis. vno modo q̄ otinuetur ad precedentem legē sic. Dictū est s. q̄ in re ppria quis nō est idoneus testis. ratio q̄ nō esset liber in testificando ppter affectionē quā habs ad seipsum 7 testes dñt pduci liberi b. d. pā. Filio mō legitur q̄ nō continuetur 7 sm hoc ista l. dicit duo. q̄ testes dñt esse liberi. Jtes non debent esse iocy vel participes criminis postea dicit a quo alimētari debent.

Libertorum. Liberti non debent examinari contra patronos. b. d.

Nullum Testes debent ferre testimoniū omni fori p̄scriptione cessante 7 si falsum dixerint poterant officio iudicis puniri. b. d

Si quis. Contra psonam testis quas quis produxit non potest opponere nisi cā de nouo emerserit sed cōtra dicta sic. b. d.

Testium. De debito in scriptis cōtracto nō potest pbari liberatio nisi p quinq̄ testes vel aliam scripturam. b. d.

Si quando. Est in electione testis sa tisfacere vel iurare de non recedendo 7 dñt examinari infra quindecim dies nec vltra expectare tenētur 7 iudex negligens alteri pti adinteresse tenetur. b. d.

Si quis. Testes ex cā p̄nt recipi ante lis. ntes ad perpetuā rei memoriam. b. d.

Cum apud. Si testes examinati coram arbitris vnū est in electione eius otra quem attestationes producātur vel eis stare vel petere q̄ de nouo examinētur sed si sunt mortui attestationibus de necessitate est stādum. b. d.

Rubrica de Fide instrumentorum.

Debitores Si alie pbationes supsunt non nocet instrumentorum amissio. b. d.

Si veteris Licet instrumentū sit pronunciatum falsum cōtra vnum non nocet alteri ipm pducenti sed debebit accusari de nouo

Cum aduersarius Qui instrumēto quod reuocatur suspectum se non vsurā pfitetur videtur ofiteri id non esse verum.

Illate. Pecuniam fisco solutam pbatur per libros fiscales. b. d.

Sicut iniquum. Amissio instrumentorum non nocet alias probanti legittime.

Statum Perdito instrumento natalius non vsciatur status. b. d.

Si solennibus. Idem dicit q̄ l. superior.

Emancipatione. Acta possunt pbari per testes si scriptura inde confecta probetur amissa. b. d.

Apud eos. Protestatio instrumentorum amissorum nihil releuat. b. d.

Scripture. Illa l. legitur duobus modis. vno modo in scripturis diuersis ita q̄ nō cōtrarijs. alio mō in scripturis contrarijs.

Contractus. Contractus qui celebrā tur in scriptis debēt p̄ius in totum scribi nec habent vllam firmitatem nisi a ptibus fuerint habiti et pfectis 7 absolutis. b. d. vsq̄ ad ℔. Illud.

Illud. Qui recedit a contractu arras quas dedit pdit. quas recepit reddit duplicatas. b. d.

Judices. Judex pōt omittere examinationem testium iudici illius terre vbi sunt testes et ptes ad illum locum destinate. Jdē si de fide instrumentorum queratur. b. d.

Plures. Qui recipit apocam cogitur reddere apocam.

Comparationes. Scriptura de qua fit compatio debet esse scriptura p̄uata approbata forensis vel publica et hij q̄ eam faciunt debent solēniter iurare. b. d. Diuidit tur in tres ptes. p̄mo ponit phemiū. secūdo ponit statutum. tercio statutū suū declarat. secunda ibi. Jdeoq̄ sancimus. tercia ibi. hijs omnibus. Jtem secūda diuidit in tres. p̄mo

ponit ex quibus scripturis debeat fieri cōpa
tio. secundo ponit per quos debeat fieri cō
paratio. tercio apud quos. secunda ibi. om
nes autem. tercia ibi. Et hoc obseruari.

Cum quidam Instrumentum illius fides est semel approbata debet iterum pro duci si aduersarius velit redarguere de fal so. 7 si non producatur pro falso habetur nisi ille qui non produxit se perdidisse solenniter iurat. h. t.

¶ Rubrica plus valere quod agitur quam quod simulate concipitur.

¶ Rubrica de commodato

¶ Rubrica de pignora ticia actione.

¶ Rubrica per quas perso nas nobis acquiritur.

Excepta. Scōm veram lec. videtur hoc dicere per liberam personam acquiri nobis possessio non dominium actu ciuili inter ueniente. h. t.

Cum per liberam. Cum p liberam personā acquiritur nobis actio principalis que ritur etiam accessoria. h. t.

Si duo Simplici iussui prevalet nota tio. iussus spēalis prevalet nominationi.

¶ Rubrica. Ad senatus consultum macedonianū.

Si filiusfa. Ratihabitio retro trahi tur et mandato compatur. h. t.

¶ Sinautem. In filiofamilias mili tante cessat senatusconsultū macedonianū.

¶ Rubrica ad senatuscon sultumvelleianum.

Si cum pater. Ubi est locus excep tioni iuris cōmunis non habet locum velle ianum. h. t.

Jubemus. Mulier pōt renunciare in ſi ypothecarum que renunciatio non extendit ad alias res vel personas nec ad eas quibus facta est renunciatio. h. t.

Si mulier. Mulier que secundo cauit post biennium non iuuatur velleiano.

Antique. Mulier potest precio cō fessare recepisse in instrumento publico vt intercedat vel velleiano non iuuatur si in ve ritate recepit. h. t.

¶ **Ne autem.** Mulier interceden do ipso iure non obligatur nisi cōtractus in scriptis celebretur vel a tribus testibus sub signetur. h. t.

Ceterum. Mulier intercedendo p libertate non iuuatur velleiano. h. t.

Generaliter. Mulier intercedendo pro dote non iuuatur velleiano.

¶ Rubrica. De non nu merata pecunia.

Si pecuniam. Etiam si incidenter queritur de debito creditori incumbit onus probandi pecuniā numeratā. h. t. primo log tur quādo agitur pro pignore a debitore cō tra creditorem. secundo loquitur qñ agitur ypothecaria per creditorēc contra debitorē. secunda ibi. Eademq;. Item prima subdiuidi tur quia prima loquit quid habz facere actor tam in formādo petitionē q̄ in probādo. se cunda loquitur quid habeat facere reus tam in formādo exceptionē q̄ etiam in probādo secunda ibi. Nam intentio.

Minorem. Exceptio non numerate partis pecunie potest obiici. h. t.

Si ex cautione Si contra creditō rem agentem opponat exceptio non nume rate pecunie creditor debet numerationem probare alias reus absoluitur. h. t.

Cum fidem. Qui post primam promis sionem eam aliquo mō approbat ab excep tōe non numerate pecunie cadit. h. t.

Aduersus. Exceptio non numerate pecunie non habet locum in promissione quā quis non facit spe future numerationis sed ex causa de preterito. h. t. cum l. sc.

Si quasi. Ab eo q̄ nō numerauit pōt odici liberatio 7 ei opponi exceptio. h. t

Si intra. Tempus quod quis habet ad opponendā exceptionē banc transmittit ad heredes ⁊ oppositio facta per defunctum prodest heredi.b.d.

Cum vltra. Qui obligatur verbis spe future numerationis habet banc exceptiōes.

Assueratio. Ei qui excipit incūbit onus probandi quando excipiendo aliquid ponit.alias secus.b.d.

Si transactionis. Quando non fit promissio spe future numerationis non habet locum hec actio.b.d.

Iam mandatori Hec exceptio trā sit ad obligatas accessorie.b.d.

Generaliter. Promissio facta ex certa causa de preterito in scriptis est valida ni si contrarium per aliam scripturam pbetur.

In contractibus. Exceptio nō numerate pecunie pōt obiici infra biennium ab eo qui confitetur sibi numeratā exceptis quibusdam casibus hic expressis.ab eo vero qui confitetur sibi solutū potest obiici infra triginta dies.b.d.vsq; ad ¶.Illo.

¶ Illo. Post elapsum bienniū non potest quis creditori deferre iusiurandū de non numeratis.b.d.

¶ In omni. Hec exceptio pōt opponi q̄cunq; et renunciari ei contra quem opponitur si pñs est.si absens est coram iudice.et si ipse sit officialis coram episcopo vel alio iudice competenti.b.d.

Si cui. Qui habet obligata bona debitoris potest ex p̄sona debitoris banc exceptionem opponere.b.d.

Indubitati. In iuramento intelligit illa tacita conditio que intelligitur in obligatione principali.b.d.

¶ Ru. De cōpensationibus

Et senatus. In causis fiscalibus pōt obiici compensatio q̄n debitum ⁊ creditum ex eadem fatione procedit.b.d.

Si constat Quantū ad impediendum cursum vsurarū fit compensatio ipso iure vsq; ad concurrentem quantitatem.b.d.

Etiam si. De debito ex cā fideicōmissi potest obiici compensatio.b.d.

Alegs scriptura. Legitur duobus modis principaliter.primo vt petatur debitum ex alia causa q̄ā dotis.et hec lec subdiuiditur in tres.secundo vt petatur debitum ex dote.⁊ hec lec. diuiditur in alias

Si ex venditione Etiam in causa venditionis pōt obiici cōpensatio preterq̄ in causa fisci.b.d.

Compensationes. Debiti liquidi ad liquidū potest obiici cōpensatio si requirat altiorem indaginem debet in alio iudicio reseruari excepta causa depositi et inuasiōis possessionum.b.d.

¶ Ru. de vsuris.

Si interrogatione. Q̄n stipulatio pbatur per testes debet pbari interrogationem precessisse ⁊ rñsionem secutam esse.b.d

Vsuras. Emptor qui pcepit fructus rei empte tenetur ad vsuras precq̄ etiam depositi non legittime.b.d.

Quamuis Vsure non debent ciuiliter nisi stipulatione.ex pacto nudo debent naturaliter.b.d.

Per retentionem. Signora pñt retinere pro vsuris naturaliter tm. Item que dicta sunt in precedētibus in sequentibus factis ex interuallo,repetita nō intelligūtur.

Aduersus. Exceptione numerorū vsurarum inducit tacitum pactum de nō petendis maioribus etiam in causis publicis.

Si crediti De tempe obsignationis et depositionis non current vsure.b.d.

Creditor. Ex diuturna prestatione nō inducitur vsurarū obligatio.b.d.

Si per te Oblatio sola impedit cursum vsurarum que currere inceperunt.b.d.

Vsure. Quod dicitur vsuras non debere excedere duplum intelligitur de vsuris vnius ann.b.d.

In bone fidei. Post latam sententiam de sorte non pōt agi per se de usuris officio iudicis debitis. b. d.

Si ea pactione. Si habitatio loco usurarum conceditur non inspicitur quantum res locari potuit nisi per creditorem locata fuerit. b. d.

Cum allegas. Quando pena adicitur solutioni quātitatis non potest legittimū modum usurarum excedere. b. d.

Cum non. Etiam in frumento nō pōt promitti usura ultra modum legittimum.

Si ea lege. Non debet inspici quātus contingit fructus valere sed quantum cōmuniter valere solent. b. d.

Acceptam Oblatio et depositio totius debiti legittime facta tollit cursum usurarum liberat debitorem pignoraticiam actionē parat. et creditori contra depositariū dat actiō contra debitorem non nisi debitor eam receperit. b. d. Diuiditur in duas ptes. primo cōsulit debitori. secundo creditori. Item prima subdiuiditur. primo dicit pecuniam ob ignāndam in loco publico. secundo declarat quis sit locus publicus. tercio ponit effectū cōsignationis. quarto hoc extēdit ad pecuniā trajectitias. secunda ibi. In hoc. tercia ibi. Quo non subsecuto. quarta ibi. et etiam.

Eos. Sublata obligatione principali tollitur obligatio usurarū. Item modus usurarum fm diuersitatē tēporū ē hac l. taxat⁹.

De usuris. Lex noua trahitur ad ptērita quatenus tractum habuit pro tpe futuro

Ut nullo. Usure usurarū nullo modo possunt exigi nec usure cōputātur in sortem.

Rubrica de nautico fenore.

Cum proponas. Qui suscipit in se periculum tenetur de eo nisi ex culpa alteri⁹ partis contingat. b. d.

¶ Rubrica de deposito.

Si incursu Depositarius tenetur de dolo et lata culpa non de casu. b. d.

Usure. Ista actio est bonefidei ideo usure in ea veniunt. b. d.

Si quis vel. Depositarius sine dilatione compellēdus est ad restitutionē nec potest obicere compensationem vel dicere sibi in contrarium factam protestationem. b. d.

Supernacuam. In bijs que in pōdere numero vel mēsura consistunt si vni exheredibus depositarius pro hereditaria pte prosoluit residui periculum ad ceteros ptinebit.

¶ Rubrica. Mandati.

¶ Rubrica. Si seruus extero emi se mandauerit.

Si extero. Si seruus se emi mandauerit non valet mandatum emptione non secuta sed ea secuta valet de eqtate. et si emptor soluit venditori nūmos ppios non liberatur et non potest quis ōtrarias actiōes intēdere.

¶ Ru. Pro socio. De contrabenda emptione et venditione. De hereditate vel actione vendita. De rescindenda venditione.

Rem maioris. Si aliquis in venditione decipitur ultra dimidiā iusti precij potest agere vt res reddat vel iustū pciū suppleat.

Ratas. Ad positionē vnius incōuenientis sequitur positō alterius ad hoc allegatur.

Si maior. Protestatio facta ab eo qui nō habet ius protestandi nihil relenat.

¶ Rubrica. Quando liceat ab emptione discedere.

Post perfectam Hec l. habet tria dicta. primum est satis cōmune. secundū est q⁹ si res euincitur ex causa antecedēte cōtractum venditor tenetur de euictione. secus si ex causa que sequitur post contractum. tercio dicit q⁹ emptor debet denunciare venditori vt assit cause agende.

¶ Rubrica. de actionibus empti et venditi.

Si pater. Ex eo q̄ quis pro re soluit tributa non probatur rei possessio. b. d.

Expulsos. Venditor nō tenetur defendere emptorē a violentia que sibi infertur de facto. b. d.

¶ Ru. Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine.

Multum. Dividitur in duas partes. secunda ibi. Si vero ab initio. Iterum prima subdividitur. q̄ primo ponit unum dictum bimembre. secundo p̄sequitur primum membrū. tercio secundū. secunda ibi. Nam si quidem. tercia ibi. q̄ si emisti.

¶ Ru. De rebus alienis non alienandis.

Sancimus. Alienatione p̄hibita videt prohibitus omnis actus per quem fit translatio dñij directi vel utilis vel iuris alicuius in re

¶ rubrica. De cōmunium rerum alienatione.

Multum. Nōne partis fiscus pōt vendere totum. secus in pupillo. b.

Ru. de pactis inter emptorem et venditorem cōpositis

Si fundum. Actio p̄scrip. verbis potest cōcurrere cum alia quando ex diversis fontibus habent originem. b. d.

Cum te fundum. In contractibus nominatis nō est locus condicioni ob cām si nō fuerit pactū q̄ principaliter ōdit cās ostractui

Si a te comparauit. Ad actionē ꝑsequēdā nō sufficit sola oblatio sed requiritur depositio et cōsignatio.

Si quis ita. Valet pactum appositū tempore venditionis ne liceat fundum religiosum vel sacrum facere. b. d.

¶ Rubrica Si servus exportandus veniat.

Moneor. Talis quis esse p̄sumitur in quali possessione vel habitu reperitur. b. d.

Qui exportandus. Cui interdicit civitas. ppria videt interdicta civitas romana.

Ru. Si mācipiū ita fuerit.

Ea quidem. Non sufficit contra fieri ad penam cōmittendam. b. d.

Si puellam. Ad evitandā pene commissionē non refert a quo fiat dūmodo fiat.

de edilicijs actionibus de monopolijs.

¶ Ru. de nundinis. de vectigalibus.

Aleps. Res que incidit in cōmissum pōt vendicari vsq; ad quinquēniū post non pōt.

Nova vectigalia instituī non posse.

¶ Ru. de commercijs et mercatoribus. de rerū permutatione.

Si cū patruus. Si res permutet cū re que venalis erat exposita non habet locū cōdicio ob cām. sec⁹ si venalis nō esset exposita

Permutationē. Actio p̄scrip. verb. ex permutatiōe ē bōe fidei sicut actio ex empto

Ex placito. Ex pacto permutationis non oritur actio nisi vestiatur. b. d.

Cū pcibus. Cōdicio ob cām ē p̄sonalis iō dat otra otrabētē ñ otra tertiū possessorē

Ru. de locato et conducto.

Ad probationem. Ex contractu locationis non probatur dominium. b. d.

Si quis. Cōductor cōuentus condicione ex hac l. debet antē omnia restituere rem nec potest questionem referre dominij. b. d. Fm lecturam quam puto veram.

¶ Rubrica. De iure emphiteotico.

Jus emphitheoticis.
Contractus emphitheoticus est cõtractus p quē pena in eo apposita valet. ⁊ si perit res tota liberatur emphitheota, secus si pro parte.

In emphitheoticarijs.
Dividitur in duas ptes principales. primo ponit dominio. secundo emphitheote. secunda ibi. Ne autem. Item prima subdividitur. Nam primo statuit pactiões appositas in hoc cõtractu esse validas. secundo statuit p cessionem triennij rem redire ad dñm. tercio removet tres obiectiones que possent fieri per emphitheotam. secunda ibi. Sinautē nihil. tercia ibi. Nulla. et ista sufficiāt p summario

Cum dubitatur. Emphitheota pōt vēdere dño irrequisito si adest alias si abest ꝺs eum requrere ⁊ per duos mēses expectare postea potest alienare quinquagesima precij soluenda domino. b. ꝺ.

¶ Explicīunt casus breues libri quarti codicis.

¶ Incipiunt casus breues quinti libri codicis.

¶ Rubrica. De sponsalibus.

Dictum est ō. de contractibus qui celebrātur sup rebus. sequitur de cõtractibus qui celebrātur sup personis hoc est de matrimonijs. et quia sponsalia precedunt ideo premittitur de sponsalibus. ⁊ quia in sponsalibus dantur arre. ideo p̄mittit de arris sponsalicijs. Item sunt quedam prosenete qui faciūt hoc ideo p̄mittit de prosenetis.

Arris. Casus nō facit quem pdere arras sponsalicias nisi culpa ipsius precedat casum hoc vult iste tex.

Si pater. Tutor vel curator nō pōt dissolvere sponsalia contracta p patrē pupille.

Mulier. Primo loquit quando spōsalia dissoluūtur sine aliqua causa. secūdo quādo dissoluūt ex cā phabili. tercio removet vnū dubiū. quarto phibet exigi penā quadrupli. quinto prohibet exigi penam ex stipulatione. secūda ibi. que ita custoditi. tercia ibi. hoc. quarta ibi. quadrupli. quinta ibi. extra diffinitionem. b. ꝺ.

¶ Rubrica. Si rector prouincie vel ad eum pertinentes.

Si quis. Primo ponit vnū statutū circa rectorem prouincie. secundo ponit circa sistētes sibi. tercio potit qd iuris finito officio

¶ Rubrica. De donationibus ante nuptias vel propter nuptias.

Quod sponse. Aliquid fieri tempore prohibito vel licito tempore conferre in tempore prohibitum paria sunt. b. ꝺ.

Si constante. Primo loqtur qñ volunt dotē vel donationē augere. secūdo qñ volunt dotem vel donationē minuere. secūda ibi. Sed et si econtrariū. quelibet istarū partium subdiuiditur.

¶ Rubrica. De nuptijs.

Si nuptijs. Ubi consensus alicuius requiritur non est necessaria subscriptio libertatis. b. ꝺ.

Imperialis. In hac l. primo imperator ponit vnum suum prohemiū. secundo vnum suum dictum in versi. Sed et si tales.

Sancimus. Cum de tempore nuptia fuit mentio intelligitur de die quo nuptie celebrantur. b. ꝺ.

Autentica. Quod eis.
Non est obligatorium contras bonos mores prestitum iuramentum vt hic et in corpore vnde sumitur. et in. c. Non est obligatoriū de regu. iur. li. vi.

¶ Rubrica. De incestis et nephariis nuptijs.

Dictum est ſ. de nuptijs verum quia quedā ſunt inceſtuoſe nuptie ideo ſubijcit rubrica de eis.

